INCIPIT SVMMVLA CONFESSIOnalis vtilissima, in qua agitur q̃ſo ſe habere debeat cõfeſſor erga penitẽtẽ in cõfeſſionibus audiẽdis, quam edidit Diuus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus ordinis fratrũ Predicatorũ.



EFECERVNT ſcrutantes ſcrutinio. Pſal. lxiii. Scrutinium quidem eſt confeſſio vel inquiſitio in quo & penitens ſcrutatur conſcientiam ſuã, & confeſſor cum eo. Scrutans ergo eſt confeſſor qui in hoc poteſt tripliciter deficere: q͂ vel per maliciam abſoluẽdo: quẽ ſcit non poſſe, vel per ignorantiam: neſciendo diſcernere inter lepram & lepram, & quẽ poſſit vel non poſſit abſoluere, vel per infirmitatẽ conſcientie inde ſumẽdo occaſiones malorum ex auditu dum incaute ſe habet. Vnde Aug. de pe. diſt. vi. c. i. Caueat ſpiritualis iudex: vt ſicut non cõmiſit crimen nequitie, ita nõ careat munere ſcientie. Ex quibus verbis innuitur, ꝙ confeſſor ſiue ſacerdos, debet habere iſta tria ex auctoritate Aug. preallegata. Primo poteſtate in foro conſcientie, vt. ſ. ſit iudex ſpiritualis. Secundo conſeruare puritatem vite ſue, ne committat crimẽ nequitie. Tertio habere ſufficientem ſcientie claritatem, vt nõ careat munere ſciẽ.

¶ De poteſtate ſeu auctoritate cõfeſſoris, & quis poſſit vel non poſſit audire cõfeſſiones. Cap. i.

NOtandum primo eſt ꝙ ille qui non eſt ſacerdos & ſi poſſit audire confeſſiones in caſu mortis, nõ tñ abſoluere poteſt, alias ſi abſoluit vt ſacerdos indicatiue, ẽm quoſdam incurrit irregularitatem, ſicut ſi cele

braret. Hoc tñ est dubium, quia non est in iure expres/sum sicut de celebrante, vnde non videtur irregularis. Extra de sen.exc.c.Is qui.lib.vi. Ibi enim dicitur, ꝙ nõ incurrit quis irregularitatem ꝑpter aliquod delictum, qñ non est in iure expressum, & cõfessus tali non sacer/doti tenetur iterum confiteri, ratio est quia solis sacer/dotibus dictum est, quorũ remiseritis peccata &c. Ioã. xx. Nec tñ a quolibet sacerdote potest quis absolui, sed a ꝑprio aut altero de licentia eius. Vnde dicitur de pe. & remiss.in.c.Ois. ꝙ quilibet semel in anno cõfiteatur oia peccata sua ꝑprio sacerdoti, & de pe.dist.vi.c.Placuit. ratio est, quia nõ potest quis soluere vel ligare eũ, qui sibi confitetur, nisi habeat iurisditionem super eũ. Si aũt sit ꝑprius prelatus & nõ sacerdos, sicut curatus & eps nõ sacerdos, potest absoluere p alium cõmitten do hoc alteri. ¶ Sed nota ꝙ ꝑprius sacerdos aliter intelligitur cum dicitur, ꝙ quilibet debet confiteri ꝑprio sacerdoti, & aliter cum dicitur, ꝙ de licentia proprii sacerdotis potest alteri confiteri. Nam in primo casu dicitur ꝑprius sacerdos, quicunq; habet potestatem absol/uendi ordinariam vel delegatã, siue sit cõis, siue sit sin/gularis, quia actor sequitur forum rei, sed est in electio ne eius quẽ forum de multis sequatur, nisi sit actio rea/lis in qua sequitur forum rei de qua agitur. Et quia in foro penitentie idẽ est actor & reus, inde est ꝙ idem se ipsum põt accusare corã quocunq; confessore de oibus qui illum possit absoluere de crimine vbicũq; cõmisso, quia hmõi absolutio non respicit territorium, sicut alia ratione rei vel delicti, ꝑpter qd dicit Hostieñ. ꝙ quilibet habet tres sacerdotes ꝑprios ordinarie. s. curatũ de cuius parrochia est, epm suum, & papã. Sed in secũdo casu ꝑprius sacerdos de cuius licẽtia potest alteri confiteri, intelligitur strictius ille qui de iure suo ordinario hoc habet non ex cõmissione, & sic intelligitur. c. Ois

vtriusq; sexus equiuoce loqui de ꝓprio sacerdote ſm oēs. ¶ Nam constat ꝙ ad implēdum illud preceptū de cōfitendo semel in anno oīa peccata sua ꝓprio sacerdoti, ita sufficit confiteri vicario curati, sicut ipsimet curato, & tñ ad confitendum alteri nō sufficeret accipere licentiam ab eius vicario, sicut sufficeret ab ipsomet curato. Vnde respectu primi vicarius est ꝓprius sacerdos, sed nō respectu secūdi. vñ & si possit qs cōfiteri vicario curati tñ ipse vicarius nō pōt dare licentiā illi ꝙ alteri confiteatur. Hec Pe. de palu. in. iiii. di. xvii. q. iii. ar. ii.

¶ De ordinario confessore quo ad ecclesiasticas personas. Cap. ii.

Sciendum est ꝙ papa, qui non habet superiorem a Christo, nec a concilio quocunq; habet ꝓpriū cōfessorem quē duxerit eligendum, qui auctoritate Christi potest eum absoluere vel ligare in foro penitentiali, non aūt in foro exteriori, quia ipse nō potest ligari vinculo excōicationis a quo indigeat absolui, & propter hoc non oportet a Christo sibi cōmitti. Quia tñ pōt ligari vinculo peccati, sicut & alii, ꝓpterea indiget remedio sicut & alii, quia nec Christus dimisit eum sine remedio, ideo hoc concessit, vt sicut a principio quilibet poterat quēlibet volētem se sibi subiicere absoluere, ita & nūc quo ad illum qui nulli est subiectus sicut papa. ¶ Si vero excōicatus eligatur in papam: anteq̄ cōsentiat superiorē habet a quo absolui potest, sed si prius assentiat, absolui postea non potest, sed nec indiget, quia nulli legi subest. Vnde lex positiua, que arcet excōicatū a cōione fidelium & pceptione & collatione sacramentorum ipsum non ligat, ꝓpter quod excōicatio nō impedit electum nec electionē ipsam. qui vero sunt de familia pape habent summum penitētiarium ꝓprium sacerdotem cū papa quia nulli alii subsunt. Secus est aūt de capellanis eius, qui p mundum sunt dispersi, qui p/

pter hoc non sunt ab aliis exēpti. ❡ De cardinalibus
aūt qui sunt epī, ipsi non minus habent q̄ alii epī, ꝗ. s. li
bere possunt eligere. Idem si sunt legati, quia sunt prela
ti vel exēpti. Si vero sunt simplices cardinales nec epī,
nec legati, dicit Hostien. eos non habere nisi papam &
summum penitentiarium. Et q̄uis immediate sint sub
papa, & p cōsequens exēpti: non tñ possunt sibi elige/
re confessorem sine ipsius, aut summi penitētiarii licen
tia: quia non sunt prelati, sed coadiutores prelati & pa
storis, licet sint presbyteri cardinales: ideo tutius est ꝗ
habeant licentiam a papa. Familia vero cōmensalis eo
rum de licentia eorundē cardinalium possunt sibi elige
re cōfessorem: quia de consuetudine sunt subditi eis, si
ue sacerdotes sint, siue nō: vel forte summus penitētia/
rius est quasi curatus respectu oīum mansionariorū cu
rie pape, quorum ipse papa est quasi eps proprius, Hec
Pe. de pal. in. iiii. dist. xvii. q. iii. ar. ii. ❡ Patriarche, ar/
chiepī, epī habent proprios sacerdotes suos immedia/
te superiores, vt eps archiepm, ille primatē, ille patriar
cham, ille papam: & hoc nisi sint exēpti. Nihilominus
oēs isti possunt sibi eligere cōfessorē. Extra de pe. & re
mis. c. si. qui possunt eos absoluere nōn solum de occul/
tis, sed etiam de manifestis & notoriis, etiam archiepo
inuito: & etiam a vinculo excōicationis maioris & mi
no. & mutare vota, & relaxare iuramenta, & oīa alia
ꝓpter que non esset consulenda sedes apostolica, licet
Hostiē. dicat contrarium: & illud contrarium tenet fra
ter Barto. in pisanel. confessio. iii. §. xvi. Nec obstat ꝗ
in illo. c. si. nō fit mentio nisi de absolutione a peccatis:
quia cum intentio pape sit, ipsis epis quibus esset gra/
ue semper ad archiepm recurrere, & grauius ad papā,
ita ꝓuidere eis p confessorem ab eis electum, sicut pro
uisum est inferioribus epōrum per ipsos epos. Ideo de
oī peccato & vinculo de quo potest eps absoluere infe

riorem, & electus ab eo potest ipsum absoluere, & in oi casu in quo potest eps dispensare, cum inferiori, & il le cum epo, quia vbi eadem ratio & idem ius. Et sicut bene dicit Hostien. Istud priuilegium non perdit per hoc ꝙ venit Romam, quia ibi non distinguit vbicũqꝫ sit: sed si desinit esse eps, puta quia cedit loco & digni tati de licentia pape forte pdit priuilegium datũ epis, quia ipse non plus habet epi dignitatem. Si vero cedit loco & non dignitati, non perdit. Ratio qua aliqui ꝓ bant, ꝙ confessor ab epo electus non potest eum absol uere a vinculo excõicationis est, quia non habet pote statem nisi ex electione epi. Sed ad hoc respondetur ꝙ non ab epo eligente, sed a iure cõmittente habet pote statem iste sicut qui eliguntur ab illis, qui per litteras penitentiariorum habent, ꝙ possint sibi eligere cõfesso rem ab ipsis penitentiariis, & non ab eligẽtibus habet auctoritatem, sicut cum eps committit fratribus quos prior eligit ipsi sunt cõmissarii prelatorum non eligen tium. Et qd' etiam dicunt, ꝙ si ille electus ab epo in cõ fessorem esset excõicatus minori nunq̃ cum eligeretur ad hoc, posset absoluere, quia ligatus minori, licet pos sit conferre sacramenta, non tñ eligi. Respõdetur ꝙ nõ valet istud, quia intelligitur de electione iuris ad di gnitatẽ. Immo & si qñ ab epo eligitur cõfessor, essent tunc ambo ipse & electus ligati maiori: adhuc non im pediret factum, dũmodo electus ille qui absoluit, non sit ligatus maiori nec suspensus. Hec Pe. de pal. in. iiii. dist. xvii. q. iii. ar. ii. ¶ Prelati etiam exẽpti habẽt simi le priuilegium cum epis in eligendo libere confessorẽ. Nam ex quo sunt exẽpti & prelati, sicut multi sunt ab bates: & hoc ipso habent istud priuilegium, quia gra ue esset eis semper adire papã nouum, pro licentia con fitendi. Si aũt sic sunt exẽpti ꝙ non prelati, nõ habent istud priuilegiũ, Verbigratia, Oẽs subditi collegii exẽ

pti: seculares vel regulares qd eſt exēptum in capite & in membris. Hi enim immediate ſuis prelatis confiteri poſſunt, nō aliis niſi de licētia ipſorum. Si aūt ſic ſunt exēpti, ꝙ citra papam, nec decanum, nec prepoſitū habent, qui habeat curam ipſorum, & ad hoc nō poſſunt ſibi eligere, ſed petant hoc ipſum a papa vel eius penitentiario, cum alias nullus poſſit eos abſoluere. ¶ Similiter abbatiſſa, quis iura epalia exerceat ponēdo officiales, niſi in hoc habeat ſpetiale priuilegiū, alias quātūcunqꝫ exēpta non poteſt hoc habere, quia nō eſt prelata nec prelatiſſa cum non habeat claues iuriſditiōis. ¶ Et ꝙ eius officialis excōicat, quod per ſeipſa nō poteſt, non eſt auctoritas ipſius, ſed pape. Similiter qcunqꝫ preeſt quibuſcunqꝫ ex cōmiſſione alterius, & eſt delegatus, non poteſt dici prelatus. Vnde quantumcūqꝫ exēptus, quia tū non eſt prelatus, non habet hoc priuilegium, puta ſupprior in religione, vel prior non cōuētualis, aut conuentualis ſub abbate, non per electionē, ſed ab ipſo abbate ex cōſilio ſeniorum poſitus vel inſtitutus, niſi forte qn̄ mortuo abbate vel priore ipſi fuerint quaſi ordinarii: quia tūc actio ſurrogata habet priuilegium eius in loco cuius ſurrogatur. Sed prior qui per electionem canonicā inſtituitur, prelatus eſt: & iō ſi eſt exēptus habet idem priuilegium: ꝑpter quod nō oportet ꝙ confirmans det ſibi poteſtatem eligendi cōfeſſorem, ſicut nec cōfirmās vel cōſecrans epm. Nec obſtat decretalis. Ne pro dilatiōe. extra de peni. & remiſ. Iſtud enim priuilegium de eligēdo confeſſorem, equaliter conceditur epis & minoribus prelatis exemptis. Vnde cum epi licet immediate ſubſint archiepis, nihilominus ſine eorum licentia hoc poſſunt, etiā qui ſunt non exempti: ergo & priores hoc poſſunt licet ſubſint abbatibus vel maioribus ſine licentia eorum cum ſint ordinarii. Si aūt ſunt in dignitate conſtituti, nō tū pre

fati, sicut cantor, thesaurarius, sacrista, & hmōi psone nō habent priuilegium q̄uis exēpti. ¶ Si vero essent prelati, sed non essent prelati in foro penitētiali, sicut sunt archidiaconi de pari cōcurrentes cum epis in foro causarum: adhuc non puto eos habere hoc priuilegiū, sed solos prelatos, hoc dico q habent curā aīarum. Sicut aūt dixi de epis, q q̄diu sunt epi, quoad dignitatē retinent hoc priuilegiū, ita & de istis q̄diu sunt in prelatione, & similiter electus ab eis potest agere cum eis absoluendo & dispensando quicquid posset eps si ei subessent. Sic electus ab epō potest tantum quantū archieps, excepto in sententia lata a superiori contra eos puta ab archiepo cōtra suffraganeum suum, ab abbate contra priorem cōuentualem sibi subditum: ab hmōi eīn non pōt absoluere electus talis confessor. ¶ Quicunq; enim potest eligere vno electo siue mortuo, siue non mortuo, potest alium mutare ad placitū; & eoipso & talis qui potest eligere confitetur alicui, videtur ipsum eligere, quia plus est factis & mentis intentione eligere, q̄ verbis. iii. q. vi. c. i. & de malo. & obe. c. lege/ batur. Hec Pe. de pal. vbi supra dist. xvii. ¶ Inferiores prelati non exēpti si subsunt immediate epō, ipsum solum habent cum superioribus eius pro pprio sacerdote sicut abbates, decani, prepositi, & archipresbyteri rurales. ¶ Curati vero, decanos, rurales, & epm: q̄n ille decanatus est annexus cure. Similiter priores qui sunt sub abbatibus illis subsunt & epis. Non prelati vero & non curati subsunt immediate suis curatis, siue abbatibus, siue prioribus, siue decanis q̄n sunt de collegio vel simplicibus curatis, q̄n in parrochiis suis cōmorantur. Clerici vero chorales subsunt ei, qui preest choro siue sit cantor, siue succentor in exterioribus. Sed quātum ad forum consciētie solus decanus videtur curatus eorum. Hec Pe. de pal. vbi supra distin. xvii. q. iii. ar. ii.

¶ Cui debeant laici ordinarie confiteri. Cap. iii.

IMperator s̄m Hostie. de antiquissima cõsuetudine cõfitet̄ capellanis suis. Sed sicut dicitur extra de pe/ni. & remis. c. ii. li. vi. Nulla cõsuetudine introduci põt, vt p̄ter p̄prii sacerdotis licentiā aliquis possit sibi elige re cõfessorē, nisi de licētia pape. ¶ Rex habet ep̄m siue archiep̄m, in cuius ciuitate est sedes regni. Dicit̄ aūt se des vel metropolis regni, nõ in qua plus morat̄, sed in qua inungit̄ & coronat̄. ¶ Principes minores si habēt sub se ciuitates plures similiter a sede principali ducat᷒ vel comitatus domiciliū sortiunt̄. Sed si nõ habēt vnā ciuitatē alia principaliorem ab vtroq; ep̄o vel metro/politano licentiā cõfitendi capiāt s̄m Hostiē. Sed hoc nõ est verū quātū ad Metropolitanū, qa nullus subdi/tus suffraganeorū est ei subditus imediate, nisi qn̄ visi/tat, sed solū ipsi suffraganei. Vnde cū dn̄s duarū ciuita tū in tēporalibus, ita subsit ep̄is in sp̄ualibus, ac si esset seruus, sicut dn̄s castri subest in sp̄ualibus curato. Ideo sicut Metropolitanus nõ posset dare licentiā cõfitendi homini habēti domos in diocesi suffraganeorū, ita nec principi. De illo vero principe qui habet dn̄iū in diuer sis diocesibus, sed nõ super ciuitates videt̄ q̄ ipse mul/tomagis ab ipsis ep̄is petere debeat hoc ab illo. s. in cu/ius diocesi habet principaliter dominiū, vel ab vtroq; si equaliter in duabus. Nā absurdū esset q̄ a tot curatis haberet hoc petere quot in suo dn̄io includuntur. Dn̄i vero qui i eadē diocesi in diuersis villis habēt dn̄ium si in vnā habent principale dn̄ium in qua nõ sit nisi vna parrochia tm̄, siue vnus curatus tm̄, illi vident̄ subesse. Sed qn̄ nullū habet dominiū in illa villa q̄ sub se non cõtineat plures parrochias maxime si vna nõ est princi palior altera, tūc nulli curato subest, sed īmediate ep̄o. Si vero in vna villa sit principale dn̄ium, in qua nõ est nisi vna parrochia tm̄, vel sunt multe & vna principa/

lis, curatus illius est sibi proprius sacerdos citra epm.
¶ Baliui & senescalchi si nullibi habeāt mansionē nisi
ſm ꝙ assistere requirunť, modo huc modo illuc discur
rēdo vbiqꝫ cōfiteri possunt, vel epis ciuitatū, vel cura-
tis in quorū parrochiis hospitiū eligūt. Si vero princi
paliter alicubi degūt, ibi curatū habēt illū in cuius par
rochia hospitiū suū situ est. Et sic de ꝑpositis, licet ha-
beant domos parentū extra balliuiā, & seneschaliā, vel
ꝑposituram, quia per hoc officiū, quasi cōtrahēdo sor-
tiunť forū. ¶ Ceteri vero burgenses, & alii laici nō in
potestatibus cōstituti illis curatis subsunt, ī quorū par
rochiis degūt principaliter, vel si in duabus equaliter,
in qua tūc manēt qn̄ cōfiteri volūt illius parrochie sūt.
Hec Pe. de pal. vbi supra distin. xvii. q. iii. Regulariter
ergo cōfessio fienda est ꝓprio sacerdoti. Vnde dicit In
nocē. in. c. oīs. extra de peni. & remis. Siquis alieno sa-
cerdoti iusta de causa cōfiteri peccata sua voluerit licē
tiā prius postulet, & obtineat a ꝓprio sacerdote cū ali
ter ipse non posset soluere vel ligare. Hec ibi.

¶ Casus octo in quibus quis potest alteri confiteri q̄
ꝓprio sacerdoti sine eius licentia. Cap. iiii.

ET nota ſm Pe. de pal. vbi supra ar. iii. casus octo
in quibus quis potest alteri cōfiteri q̄ proprio sa-
cerdoti sine eius licētia. quos ponit Hostiē. in summa.
¶ Primus ꝓpter indiscretionem sacerdotis ꝓprii. Et
sub hoc casu cōprehēditur qn̄ ipse sacerdos ꝓprius est
sollicitator ad malū, vel reuelator cōfessionis, vel est ta
lis ꝙ ex cōfessione imminet periculū ꝯfitēti vel cōfesso
ri. In hoc igiť casu dicit Hostiē. ꝙ eoipso habet licētiā
a iure aliū adeundi. De peni. distin. vi. c. placuit. Sed
alii dicūt, ꝙ tūc debet petere licentiā ab eo vel a supe-
riori, quia. c. omnis dicit ꝙ qui ex iuxta causa voluerit
alteri cōfiteri petat licentiā a ꝓprio sacerdote. Et q̄uis
q̄dā hoc intelligāt nisi ex culpa sua hoc ꝓcedat, videť

tñ melius etiã si hoc fit ex culpa sua, quia culpa sua nõ debet alteri nocere, puta superiori, sicut ꝓprio sacerdote mortuo, vel excõicato, nõ eoipso licet ire ad alium, sed oportet recurrere ad epm. Sed si superior adiri nõ põt, vel etiã si potest est eque defectuosus, tũc quia ad papã nõ est facilis recursus, eoipso ad alium ire potest.

¶ Quãdo ergo proprius sacerdos oĩno indiscretus & ineptus est pro tũc põt adiri sine licẽtia petita vel saltẽ cũ licentia petita & si nõ obtenta põt ire ad aliũ. dico aũt petita, quia & si sit indignus ꝑ se audire, nõ est tñ impotens cõmittere, & in hoc.s.ꝙ debet petere licẽtiã ab ipso vel ire ad superiorẽ: concordant Tho. Pet. Al. Inno. & Vul. ꝙ si negaꝝ ab eis licẽtia, tunc dicũt ꝑdicti ꝙ idem iudiciũ est de eo quod & de illo qui nõ habet copiam cõfessoris. Vnde magis debet eligere laico cõfiteri, nec ĩ hoc trãsgrediꝝ ꝑcepta ecclesie, qa ꝑcepta iuris nõ se extẽdunt vltra charitatẽ, nec etiã fit iniuria sacerdoti, quia priuilegiũ mereꝝ amittere qui concessa sibi abutiꝝ ꝑtãte. Hec Tho. in. iiii. di. xvii. q. iii. ar. iii. Itẽ dicit ibi Tho. ꝙ peccaret sacerdos si nõ esset facilis ad ꝑbendã licentiã alteri cõfiteri. Sed Pe. de pal. dicit ꝙ tũc potest libere ire ad aliũ vt patet supra. Et si non posset aliũ habere & necessitas immineat, dicũt ꝑdicti doctores ꝙ confiteatur peccata sua in genere, sine eo de quo posset malum prouenire.

¶ Secũdus casus est qñ parrochianus trãstulit domicilium suũ, quia tũc desinit esse parrochianus primi sacerdotis, & fit parrochianus illius ad cuius parrochiã se transtulit. Sed si in duabus parrochiis haberet domũ, & in vna maneret tẽpore estiuali, in alia vero tpe hyemali, vtrobiqꝫ sortitur forum non simul, sed successiue ſm ꝙ habitat modo hic, modo illic, & hic tunc recipiat sacramenta vbi tunc habitat alias alibi.

¶ Tertius casus est cũ est vagabundus nec habẽs nec

petens domiciliū tunc iste pōt cōfiteri cuilibet cu rato vel epō, in cuius parrochia est, immo etiam nō curato, videt, quia nulli subditus, subdit se cui vult. Nā oīs sacerdos ptātem habet ordinis & iurisditionis ex sua ordinatiōe, sed subditos habet solū eos, qui se ei submittunt: nisi ꝙ fm iura, qui se semel alicui submisit, factus est eius parrochiāus, nec potest se aliis submittere quousq; de primo se subtrahat simpliciter, nisi de voluntate illius, vnde dicit extra de pe. & remis. c. fi. permittimus eligere. q. d. iure diuino licebat eis eligere: sed electione eis subtracta, permittimus relaxātes retētionē ꝙ possint eligere. Vnde in. d. capi. placuit de peni. distinctio. vi. dicitur sine consensu eius cui primo se commisit: & postea cui penitens confessus est.

¶ Quartus casus est si querit domiciliū quo se cōferat quousq; se alicui subdat. Et de peregrinis qdem dicendū est ꝙ si sine licētia curatorū, & epōrū profecti sunt, nil priuilegii habēt in hoc. Cōcor. in hoc. s. ꝙ peregrini, & negotiatores, & alii viatores: si nō habēt licentiā a suis curatis vel epis, vel sine licētia eorū iter arripiūt: nō possunt ab aliis absolui. Inno. Hostien. & Guil. Si aūt de licētia epōrū, & curatorū pfecti sūt, eoipso habent licentiā interpretatiuā cōfitendi, cū sine cōfessione digne peregrinari nequeāt. Si etiā superueniat Pascha, cōmunicare possunt pter eādē licētiā implicitā & de casu epāli absolui: qa eps nō retinēdo sibi auctoritatē licentiādo peregrinos: ex hoc ipso videt eis dare licentiā cōfitēdi de casibus epālibus, sicut curatus de parrochialibus. ¶ De mercatoribus aūt si nūq̄ haberent domiciliū nisi semper sequēdo nundinas, idē iudiciū est quod de vagabundis: & idē si in loco suo tenēt hospitiū, sed nō declināt illuc in Pascha communiter. Nō enim tunc vident ibi habere domiciliū quo ad sacramēta. Et idē de familia principis vel baliui, q nunq̄

in eodem statu permanēt, ex quo licet ipsi teneāt hospitiū alibi, nec tñ ad illud declināt, nisi ad horā, isti vagabundi censent. Idē de familia epi laica, quia nō sic habet ius in ea sicut cardinales. Sed si essent de dioceси ipsa: de eius licētia cōfiteātur. Si aūt de alia ex quo eius hospitium dimiserunt: quia per diocesim vagantur respectu illius diocesis vagabundi reputantur. vt de licentia episcopi illius, vel cuiuslibet curati ad cuius parrochiam veniunt confiteri possunt.

¶ Quintus casus est ratione delicti. vi. q. iii. c. placuit quod qdā dicūt esse verū tunc solū, qñ propter hoc est excōicatus: quia si esset excōicatus a prelato loci illius, ppter illud peccatū: sicut consueuit fieri vt in furtis & huiusmodi quorū ignorātur actores: mittendus est talis ad excōicatorem absoluendus ab eo. Sed si peccatū est occultū & ppter hoc nō sit excōicatus: pōt de hoc cōfiteri pprio sacerdoti, vt dicit i summa pisana. Frā. zab. refert Lauden. tenere q curati: & etiā frēs admissi ad audiēdū cōfessiōes fm formā clemē. dudū. possunt audire, & absoluere peccata cōmissa, nō solū in diocesi, sed etiā extra territoriū diocesis: dūmodo tñ cōfitentes se possint illis confiteri. i. q sint illius diocesis vel parrochie quo ad curatos.

¶ Sextus ratiōe studii vt scholares etiā si nō sint moraturi nisi p annū in studio, vel quia nō habēt plus de spatio vel ab epo, vel capitulo: de cuius licētia ibi sūt, vel quia sic disponūt, vel de parrochia in parrochiam mutant. De illis vero scholaribus, qui veniūt de omni parte regni ad parlamentū Parisius cū rex reputet se fiscū, nō recognoscens superiorē in toto orbe: videtur q ibi possint confiteri epo & curato in quorū parrochiis domos cōducūt, sicut olim in tēpore Imperatorū Rome: erat ibi cōis patria: & quicūq illuc veniebat habebat iudicē suū. s. ptorē peregrinū. Sed cōtrariū est verū

.f. q̃ nõ possunt absolui ratione parlamẽti si nõ habẽt licẽtiã a suis p̄latis: quia tex Parisius nõ habet p̄tãtem in sp̄ualibus, nec in ceteris partibus regni. Ep̄s aũt põt in sp̄ualibus soli sue diocesi. Solũ.n. Rome vbi ẽ sedes Pape, ĩ sp̄ualibus oĩbus est patria cõis sicut ecclesia cathedralis omnibus de diocesi. Vnde in curia Romana sicut curato suo: summo penitẽtiario de omni loco mundi potest confiteri: & penitentiariis simplicibus sicut vicariis sui curati.

¶Septimus casus est rõne necessitatis: quãdo esset in mortis articulo: tunc omnis sacerdos ab ecclesia nõ p̄cisus auctoritate iuris: fit p̄prius sacerdos. extra de offi. ordi. c. pastoralis. Ex hoc quod habetur de cõse. di. iiii. c. sanctũ. videt̃ q̃ etiã laicus in hmõi necessitate possit etiã excõicatũ recõciliare ecclesie si nõ est ipse precisus: nõ tñ potest absoluere a p̄ctis audiẽdo cõfessiones.

¶Octauus casus quẽ ponit Hostiẽ. est si sacerdos nõ p̄prius ponat spem in ratihabitione p̄prii sacerdotis. Sed vt dicit̃ in summa pisana & bene: iste casus cõiter nõ tenet̃: cuius rationẽ assignat Pe. de pal. Nulla enim ratihabitio cõfirmat sacr̃m quod nullũ fuit: quia in nõ sacramẽtis ratihabitio: saltem Pape valere põt, qñ ille solẽnitatem mutare põt: sicut de ecclesia p nõ ep̄m dedicata solũ ratihabitione Pape: dedicata vel recõciliata reputat̃. Extra de cõse. eccle. vel alta. c. aqua. tñ in sacramentis valere nõ põt: quia illa papa mutare nõ potest: quia regula iuris est q̃ ratihabitio retrotrahit̃, & mãdato cõparat̃: qñ solo mãdato & a pricipio res agitur. In talibus aũt locũ nõ habet qñ. s. essentia sacramẽti deficit: quia tũc totũ iterandũ est. De essentia aũt absolutionis est potestas iurisditiõis, quã potestatẽ erga illũ non habet, ex hoc q̃ ponit spem in ratihabitione.

¶Quis possit committere, & quis non audientiam confessionum. Cap. v.

NOta ſm Pe. de pal. in. iiii. diſt. xvii. q. iiii. ꝙ oĩs ſacerdos ꝓprius qui iure ordinario pōt audire cōfeſſionem: pōt hoc ipm̄ alteri cōmittere: quia habet cauſam meri imperii. Et quia quicunq; p electionē habet curā animarū eſt ordinarius. Ideo oĩs talis pōt licētiare quēlibet ſubditū cure ſue alteri cōfiteri. Itē ordinarius eſt quicunq; ex officio ſibi annexo hoc habet, licet nō ſit p electionē. Itē gerēs vicē curati per legē vel cōſuetudinē ſicut factus prior p abbatem, qui viuēte abbate erat delegatus nō potens ſubdelegare, eo mortuo vel amoto eius vices in oĩbus obtinēs eſt quaſi ordinarius delegatus quātū ad hoc, vnde licētiare pōt ſibi ſubditos de cōfeſſione. Idē videt̃ de ſuppriore amoto priore, vel vicario cū conuentus nō habet priorem. ¶ Archipresbyter ciuitatis de quo iura loquunt̃ videtur ꝙ ſit ordinarius: ſicut ſi eſſet prebenda ſacerdotalis cui ex officio eſſet annexū officiū audiēdi cōfeſſiones illorū de dioceſi extra ciuitatem, & multomagis ſi de ciuitate. Sed ſi penitentiarius non habet officium ex ſua prebenda, ſed ex commiſſione viue vocis epiſcopi, qui reuocat quādo vult, quia iudiciū ſoluit̃ vetāte eo qui iudicare iuſſit, talis eſt delegatus & nō ordinarius. ¶ Archidiaconus licet ſit iudex ordinarius de cōſuetudine, nō tñ in foro cōſciētie niſi ſit ſacerdos, & tunc audit ex commiſſione, vnde non poteſt ſubdelegare. ¶ Legatus eſt ordinarius ĩ vtroq; foro, vnde ſicut in exterioribus ad iudices delegatos, ita & habet ſuos penitētiarios. ¶ Summus pniarius eſt ordinarius in ſpiritualibus tm̄. Vnde habet penitētiarios ſuos, & cōcedit etiā licentiā eligendi cōfeſſorem. Sed ſimplices penitentiarii pape, quis ſint delegati pape, qui ſolus eos ponit nō ſummus pnitiarius poſſunt qdem eos audire de toto mūdo, ſed nō poſſunt ſumere auditores, nec etiā dare licentiā eligēdi cōfeſſorem. ¶ Decanus ru-

lis qui

lis qui etiã archipresbyter vocat, si iste decanatus est annexus alicui cure speciali, reputat ordinarius in parrochiis sui decanatus post epm supra curatos etiã: videtur etiã ordinarius curatorũ: & sic curati de licentia eius nõ solũ epi, pñt confiteri. ¶ Si aũt eps seu archidiaconus cõfert illũ decanatum modo huic modo illi curato videt delegatio, & hoc respectu cõium casuũ. Nã respectu casuum epalium tam de curato q̃ de decano, quibus de speciali grã cõmittit absoluere, de illis videt distinguẽdũ, an sit reseruati de iure vel cõsuetudine: & tũc in illis nullũ ius habet de se inferior epo. Vnde cuicunq; illos cõmittit auctoritate delegata, illos absoluit. ¶ Item nota q̃ qñ potestas iurisdictionis est vna apud plures & nõ apud quẽlibet insolidũ tũc nõ potest quilibet per se eam cõmittere sine consensu aliorum. Sed quod oẽs tangit ab oibus debet approbari: Vnde si capitulũ sede vacãte gerat vices suas epi in tẽporalibus nullus de capitulo etiã decanus potest ponere officialẽ sine consensu aliorũ sed capitulũ de consensu maioris partis. Potestas autem absoluẽdi a peccatis vna & eadẽ potest esse apud plures vt sunt vnũ & nõ penes vnũ: sicut penes capitulũ sede vacãte, qñ habet potestatẽ eius in spiritualibus, dico quãtũ ad cõmissionem non quãtũ ad executionẽ: quia cõfessio soli est fiẽda. vnde totũ capitulũ non vnus canonicus ponet penitẽtiariũ. Sed qñ iurisditio perfecte insolidum remanet apud quẽlibet eorũ: ita q̃ vnus siue alio potest per seipsum de causa cognoscere: tũc vnus sine alio cui vult potest cõmittere: & minor sine maiore multomagis e conuerso. ¶ Et quia potestas absoluendi que est apud curatũ, papam, & epm non est vna, sed quilibet potest per se audire sine consensu alterius: ita etiã quilibet eorum sine consensu alterius potest cõmittere alteri. Vnde vicarius curati sine licẽtia epi potest audire cõfessio

dem illorū: scilicet qui sunt subditi curatorū & nō alio rum, & multo magis econuerso.s.de licētia epi audire eorū cōfessiones qui sunt subditi curatorū sine licētia vel cōsensu eorum. ¶De hoc extat bullata declaratio Clemētis & Alexā. post cuius bullationem nullus Parisius dixit cōtrariū. Qui aūt ex cōmissione solū audit confessiones, non potest alteri committere audiētiam confessionum. Hec Petrus vbi supra ar.iii.

¶Quomodo & quando curatus vel presbyter parrochialis possit dare vel negare licentiam alteri confitendi subdito si petat illam. Cap.vi.

NOta ꝭm Pet.de pal.in.iiii.distin.xvii.q.vbi supra ꝙ si parrochianus petat licentiā alteri confitendi indeterminate, non det curatus, nisi sit verisimile, ꝙ penitens non eligeret nisi eque bonū vel meliorē. Si vero nominat sibi alium de quo verisimile est ꝙ sit eque bonus vel melior ad confessionem audiendā non neget, quia forte habet peccatū quod erubescit cōfiteri sibi: & prius moreretur sine confessione q̄ sibi confiteretur. Si vero apparet ꝙ nō est eque bonus aut per famā, aut per visum sue persone, per conuersationē personarū sibi confitentiū: que minus religiose conuersantur: tunc simpliciter debet negare: innotescēdo ꝙ ille nō potest eū absoluere, quod tn̄ intellige cū ille ad quē vult accedere parrochianus: nō habet auctoritatē nisi ex cōmissione ipsius curati: declarando etiā ꝙ ipse paratus est eū audire: si tn̄ est talis ꝙ ad hoc sit sufficiens: vel etiā ꝙ est paratus sibi dare vnum alium loco sui: in quo casu bene videat vt det sibi ad hoc sufficientē. Nā si insufficientem daret, sibi imputaretur detrimentum quod inde sequeret̄ oui sue quia ꝭm iura, qui parū diligenti socio suā rem custodiendā cōmisit, facilitati sue imputari debet, si periit. Si aūt ille petitus a parrochiano, vel diffamatus habet ptātem superioris: puta quia

est vicarius epi, vel confessor deputatus in ordine minorũ vel predicatorũ & hmõi:non propter hoc prohibendus est simpliciter:qa iudex malus, ordinarius, vel delegatus non perdit iurisdictionẽ suã:sed debet dicere petẽti, non expedit tibi vt tu vadas ad illũ, vel ad aliũ, nec ibis de voluntate mea, nec assensu, nec licẽtia: sed ipse habet ptãtem ab alio maiore, vnde nõ possum tibi prohibere, sed paratus sum te audire vel per vicariũ, vel extraneũ idoneũ: & ẽm hoc soluitur instãtia illius regule.s. ꝙ non potest esse pastoris excusatio si lupus oues comedit, & pastor nescit:quia hoc verum est qñ pastor scire debet. Et licet aliquis semper debeat te putare aliũ meliorem se simpliciter:non tñ quantũ ad omnia, puta quãtũ ad officiũ hoc, vel illud. Item suspitiones habere possumus non ad iudicandũ proximũ, sed ad cauendũ nobis. Nã si video pauperẽ non iudicabo furẽ:tñ ne forte sit fur, custodiã rem meam ab eo. Et sic in proposito. Tamen si cõtrariũ non apparet, plus debet homo presumere de his quos Papa vel episcopus per totam diocesim prefecit, ꝗ̃ de se qui deputatur ad vnam paruam parrochiam.

¶ De religiosis qui nõ possunt audire confessiones sine licentia prelati sui. Cap. vii.

NOta ꝙ religiosus non debet audire cõfessiones etiã illorũ qui habẽt licentiam sibi eligendi confessorem quẽcũq;, etiã si haberẽt a Papa, sine licẽtia & auctoritate sui superioris, quia sine suo superiori velle, & nolle non habet. Patet hoc ꝑ simile extra de elec. ca. si religiosus. lib. vi. ad hmõi officiũ vbi dicitur ꝙ electioni de se facte non debet nec potest assentire sine licẽtia superioris sui. Sed vbi papa nominatim eligit religiosum ad aliquod officiũ persumit̃ noscere persone industriã vnde nõ requirit̃ alterius licẽtia, siue ꝑ inquisitione, siue ꝑ predicatione, siue ꝑ audiẽtia confessio-

num, siue pro prelatione, siue alio quocunq; officio. Sed ex hoc q Papa daret alicui licētiam q posset sibi eligere quēcūq; etiā religiosum ꝑ audiēdo confessiones, vel ꝑ predicatione: ex ista tali licētia nō debet religiosus audire cōfessiones, vel ꝑdicare sine licētia sui superiori vel prelati vel abbatis. Ar. ad hoc extra de iude. c. q̄ sit laudabile. Si tñ in dicto casu audiret religiosus sine licētia sui superioris vel ꝑlati, teneret absolutio ita q nō esset reiterāda talis cōfessio: q̄uis malefaceret talis sic audiēdo. Pet. de pal. vbi supra. q. iiii. ar. iii.

¶ De potestate audiendi confessiones tributa fratribus ꝑdicatoribus, & minoribus a iure per textū cle. dudū. §. ii. de sepul. quomodo fieri possit, & quomodo exponit. Cap. viii.

Nota textum de. dudum. §. ii. de sepul. vbi dicitur. Statuimus & ordinamus vt in singulis ciuitatibus & diocesibus, in quibus loca fratrū ordi. predicatorū & minorū cōsistere dignoscunt, & in ciuitatibus, nō diocesibus, & locis ipsis vicinis in quibus loca hmōi nō habent magister, priores, prouinciales ordinis ꝑdicatorū, aut eorū vicarii, & generales prouintiales, ministri, & custodes minorū ad pñtiam prelatorū eorūdem locorū, se conferāt per se vel per fratres quos ad hoc idoneos fore putauerint humiliter petituri, vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorū ciuitatibus & diocesibus cōfessiones suorū subditorū cōfiteri sibi volentiū audire libere valeant: & hmōi cōfitentibus ꝑut ꝓm deū expedire cognouerint pnias imponere salutares, atq; eisdem absolutionis beneficiū impendere de licētia gratia & beneplacito eorūdem. Deinde prefati magistri, prouintiales & ministri ordinū predictorum eligere studeat ꝑsonas idoneas & sufficiētes, vita ꝓbatas, discretas, modestas, atq; peritas ad tam salubre ministeriū exequendū, quas sic ab ipsis electas presentent

vel faciant presentari prelatis, vt de ipsorũ licentia gratia & beneplacito, in eorũdem ciuitatibus & diocesibus hm̃oi persone sic electe cõfessiones audiãt sibi cõfiteri volẽtiũ, & imponant pnias salutares, & beneficiũ absolutionis impendãt, prout superius est expressum. Extra ciuitates, & dioceses in quibus fuerint deputate, per quas eas & non per prouintias volumus deputari, cõfessiones nullatenus audituri. Numerus autem psonarũ assumẽdarũ ad hm̃oi officiũ exercendũ esse debet prout diuersitas cleri ac populi multitudo vel paucitas exigit eorũdem. Et si iidem p̃lati petitã licẽtiam cõfessionũ audiẽdarũ cõcesserint, illã prefati magistri, & alii recipiant cũ gratiarũ actione. Q̃d si forte dicti p̃lati queq̃ ex hm̃oi fratribus p̃sentatis eisdem, ad huiusmodi officiũ nollent habere vel nõ ducerent admittendũ esse: quo amoto vel subtracto loco ipsius, similiter eisdem presentãdus possit alius subrogari. Si vero iidem p̃lati prefatis fratribus ad confessiones, vt premittitur audiẽdas, electis hm̃oi exhibere licentiã recusauerint. nos ex nunc ipsis, vt cõfessiones sibi confiteri volẽtiũ libere liciteq̨ audire valeant, & beneficiũ absolutionis impẽdere gratiose cõcedimus de apostolice plenitudine potestatis. ¶ Per hm̃oi aũt cõfessionem nequaq̃ intẽdimus personis seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis, ptãtem in hoc impẽdere ampliorẽ, q̃ in eo curatis seu parrochialibus sacerdotibus est a iure cõcessa, nisi forsan eis ecclesiarũ prelati, vberiorem in hac parte gratiã specialem ducerẽt faciendã. Petituri. Pau. Potest peti hec licẽtia a p̃latis extra suũ territoriũ: q̃a est volũtarie iurisditionis. Custodes. Glo. ¶ Priores ergo cõuẽtuales quo ad p̃dicatores & guardiani quo ad minores, hoc non pñt. Humiliter. Pau. Si petatur ista licẽtia aspere: non vr̃ satisfactũ cõstitioni: & ideo iterũ esse repetẽda pp̃ter omissionem forme. Ministri.

Glo. Nota ꝙ de vicariis priorũ prouincialiũ & de cu/
stodibus: non repetit de quibus premisit. licet ergo illi
petitionẽ possint facere de qua premisit, nõ tñ electio
nem, de qua hic loquitur. Pñtari. Glo. Ergo personalis
presentatio fieri debet. Nam dicitur presens, qui prebe
tur sensibus corporis. Facit de peni. dist. i. in prin. Idẽ
dicit Pau. super verbo repñtent. Exigit. Glo. Si vero
eps contendat cũ fratribus dicẽs, minorem numerum.
qui sibi videtur de reliquis recurratur ad arbitriũ boni
viri. i. iudicis. ff. de verbo. obli. continuus. Cõcesserũt.
Glo. Quã licentiã sine causa reuocare nõ possunt. c. de
cet. de re. iur. li. vi. Subrogari. Glo. Si nõ recipitur iu/
sta de causa: quia. s. nõ est talis qualis supra describitur.
sibi imputent qui malũ elegerũt: & sic posset oẽs recu/
sare: cũ non sint apti sed si sine causa hoc facit, succedit
licẽtia pape. Recusauerint. Glo. Si nõ recusat expresse,
sed nõ dat nec negat. videt ꝙ locũ habeat hoc priuile
gium post trinã monitionẽ vel requisitionem. per. c. i.
extra de sup. negli. prela. Volentiũ. Glo. Forte nõ in/
tellexit de religiosis qui ꝭm statuta suorũ ordinũ, ꝑla/
tis suis cõfiteri debent. Libere. Glo. Denotat ꝙ nõ est
necesse habere licentiam sacerdotis parrochialis: cuius
cõtrariũ dicit Io. mo. sed ei nõ statur. Impartiri. Glo.
Absoluti ergo non habẽt necesse vlterius cõfiteri pro
prio sacerdoti. Nec obstat. c. omnis in prin. de peni. &
remis. quia illud intelligitur de eo qui alteri nõ est con
fessus legitime. Io. mo. dicebat contrariũ, sed male di/
xit. Idẽ Pau. s. ꝙ absq; licẽtia parrochialis sacerdotis:
põt quis alteri confiteri: nec tñ ex hoc sequitur ꝙ sint
curati isti: ratio est ꝭm Glo. quia nec ipsi fratres sunt
astricti ad executionem, vel exercitium istorũ actuũ,
nec fideles sunt astricti: vt in his ad eos recurrãt. ¶ Itẽ
nota vt dicitur in summa pisana & bene ꝙ potestesꝑ
acceptare fratres ad audiẽtiam confessionũ, & hoc sine

solennitate predicta presentationis: si vult cōmittendo eis iurisditionem suam: quia etiam sine isto priuilegio posset eis dare licentiam audiendi.

¶ De effectibus qui sequuntur ex cōmissione audientie confessionis alteri facte. Cap. ix.

EX commissione autem alteri facta de audiētia cōfessionū siue predicto modo, siue per aliū modū, sequunt̄ isti effectus, vt dicit Pet. de pal. in. iiii. di. xvii.

¶ Primus quidē: quia talis commissarius potest audire & absoluere, alterius licētia minime requisita, nec ille qui vult confiteri tenetur petere licētiam a proprio sacerdote, ar. efficax extra de procura. c. Is qui. lib. vi. Nec obstat ꝙ curatus debet cognoscere vultū pecoris sui. Nā vultū exteriorē poterit cognoscere sicut prius, & etiā intueri & corrigere fraterna correctione & paterna admonitione, sicut prius. Et quantū ad exteriorem vultum attinet non minus honeste viuunt, qui cōfitentur fratribus, q̄ qui confitētur secularibus curatis. Quantū vero ad interiorem vultum, melius poterunt reddere rationem de confessis, fratribus & hmōi, q̄ de confessis sibi vel suo vicario, qa de interiori vultu parrochianorū qui seipsum respuerunt, & sine licētia sui, vicarium pape vel epi elegerunt, non habēt reddere rationem, quia per eū non stetit quominus eos audiret & instrueret, sed per superiorē qui eis coadiutores dedit & per parrochianū qui eū elegit. Hec Pe. de palu. vbi supra. Dicit tn̄. Tho. i. iiii. di. xviii. q. iii. ar. iii. q. v. ꝙ si alicui concedatur potestas a superiori iudice confessiones audiendi parrochianorum alicuius curati, ex hoc non fit illi preiudiciū, quia potestas iurisditionis non est cōmissa alicui in fauorem sui, sed ad vtilitatem proximi & populorū, & dei honorē. Idem etiā tenet Ioan. an. in. c. si eps de pe. & remis. lib. vi. in prima glo. Idem etiam tenet Io. an. in cle. dudū de sepul. vt supra

patuit.℞ q̄ non teneatur petere licentiam a suo curato qui vult ipsis fratribus confiteri. Idem tenet expresse Pau.vnde glo.Bern.que hoc dicebat, dānata fuit tāq̄ falsa per Clemēte.iiii.in quoddā priuilegio quod incipit.Quidam temere. ¶ Secūdus effectus huius commissionis s̄m dictū Pe. est q̄ cōmissarius potest audire contra prohibitiones alterius prelati, in quo est differentia inter superiorem & inferiorem.Nā inferior contra inhibitionem superioris non potest alicui cōmittere, sicut nec per seipsum audire eum ita sit q̄ posset eū suspēdere ab audiētia confessionū per aliū,sicut potest per semetipsum,econuerso aūt contra inhibitionē inferioris superior potest ita cōmittere sicut potest audire eo inuito,Similiter si eēnt duo curati de pari,& vterq̄ insolidū,vnus contra inhibitionē alterius potest audire & cōmittere,quia par imparē non habet imperium. Quādo ergo inferior prohibet ne subditus confiteat̄ cuicū q̄ sine sui licētia debet excipere,nisi superiori vel eius vicario,alias temere agit, nisi loqueretur talibus, qui bene sciunt q̄ non intēdit,vel non potest prohibere quin cōfiteantur tales,superiori suo sicut in religionibus,cū prior prohibet,ne quis confiteat̄ de tali peccato sine licētia sui.Certū est omnibus,q̄ non intēdit quin possit confiteri magistro ordinis,vel prouinciali vel eorū vicariis, quia si prohiberet spueremus ei in faciem, & multomagis superior qui non potest dare licentiā alteri confitendi,cū sit vicarius hominis, q̄diu prior viuit,si inhiberet ne quis sine sui licētia confiteretur &c.derideretur. Sed mortuo vel amoto priore vices eius gerit per cōstitutiones,vnde reputatur ordinarius curatus.ergo prohibens subdito suo,ne alii confiteatur,debet excipere ep̄m,papā,legatū, summū penitentiariū & archiep̄m dum visitat & habētes ab eis potestatem.Ep̄s vero debet excipere oēs predictos ni

si seipsum, & sic quilibet excipiat suos superiores a tali prohibitiõe. ¶ Tertius effectus huius commissionis est, ꝙ tenet̃ curatus ei eucharistiã ministrare, & etiam alia sacramenta ex quo dicit se esse ↄfessum illi, qui potuit eum absoluere. Nec est absurdũ ꝙ det eucharistiã illi, cuius tñ ↄsciam ignorat, sed cum eque bona & tuta ↄscia imo tutiori, põt eũ cõicare, qui confessus est sine sui lnia hñti potestatẽ sicut illum qui confessus est de lnia sua, vel sibi, quia nec etiam vicarius curati reuelat sibi ↄfessionẽ, cũ idem curatus dat illi cõionem. Vñ eq̃liter scire debet ↄsciam ↄfessi vicario superioris, sicut scit consciam talis ↄfessi vicario suo, & debet curatus presumere ꝙ melius confessus est qui confessus est ei, quem papa vel episcopus elegit in confessorem per totum mundum, vel diocesim suam quam qui confessus est illi quem elegit ipse ꝓuidẽdo de ipso suis subditis cum episcopus non debeat hoc committere nisi viris potentibus opere & sermone vt de offic. ord. c. inter cetera. vel ẽt q̃ ei q ↄfessus est illi quẽ elegit ipse ꝓprio arbitrio de licentia curati generalis, & hoc nisi cũ eẽt excõicat⁹ vel notorius peccator, nã tũc añq̃ det eucharistia, debet ei clare constare de absolutione ab hmõi. ¶ Quartus effectus est ꝙ pctã cõfessa hñti talẽ cõmissionẽ nõ tenet̃ iterũ cõfiteri ꝓprio sacerdoti vt declarat Io. xxii. in extrauagã. que incipit. Vas electionis. ¶ Quintus effectus est ꝙ p hãc cõmissionẽ fit iudex q prius nõ erat. Cũ em̃ ad absoluẽdũ reqrat̃ potestas ordinis & iurisditiõis, lizet ab hñte ordinẽ & iurisditionẽ vel iurisditionẽ tm̃. possit hec audiẽtia cõmitti habẽti ordinẽ, lizet nõ hẽat iurisditionẽ, puta simplici sacerdoti, ita nõ curato sicut curato, nõ tñ ecõuerso sacerdos non curatus põt hoc cõmittere, vel curato, vel sacerdoti & rõ diuersitatis est, qa nõ equalr̃ he due potestates trãsfundũt. Hñs enĩ ordinẽ ex sola cõmissiõe

nō trāsfert ordinē, sed solū ordinatio sacrālis trāsfert, siue sit iudex siue nō. Sed iurisditio ab hñte eā ordinarie sola cōmissiōe trāsfert indifferēter priuato q nullā hēbat, & ei q hēbat aliquā, sed non istā respectu ipsi?.
¶ Sextus effectus ē ꝙ q audit cōfessionē nō iure suo, ꝑdit potestatē suā, delegāte mortuo vel amoto & idē forte est ipso excōicato vel suspēso, nisi in cōfessione iā inchoata quā audit ex tūc q̄si iure suo, sicut ēt ꝑdit potestatē illo reuocāte, qa soluit iudiciū ꝓhibēte illo qui iudicare iussit. ¶ Vñ sicut epo mortuo vel translato, officialis cessat in causis, sic debet cessare pniarius i cōfessionibus audiēdis, nisi ꝙ absoluere pōt de peccatis iā auditis. gl. c. gratū. & c. relatū. de of. & po. iud. dele, qa mādatū expirat p mortē mādatoris. Simılr si dedit cōfessorē monialibus expirat potestas, nisi esset rector earum cui ex officio q̄si prioratus vel rectorie esset audiētia annexa, & tūc esset q̄si ordinarius. Videretur tñ ꝙ nō simılr ita expiraret potestas delegati delegante excomunicato, vel suspenso, sicut mortuo vel amoto: qa in primo casu retinet delegans iurisditionē licet nō vsum, in secūdo autē neutrū retinet. Ad hoc autem ꝙ delegatus vtatur iurisditione, requiritur ꝙ delegatus in delegādo quidem habeat iurisditionem & vsum eius, quia delegare est vsus iurisditionis. Sed postquam delegauit nō requirit ꝙ habeat vsum quia vsus eius nihil facit, ergo &c. Posset tñ dici ꝓbabiliter ꝙ si eps nō existens excomunicatus, vel suspensus instituit officialem vel pniarum & postea excomunicetur, nihilominus vterqꝫ pōt ꝓcedere in officio suo, qa vtitur vice eius q iurisditionē habet licet non vsum p se. Si autem iā erat excomucicatus, officialis nil agit, qa institutio vel commissio non tenuit. ¶ De penitentiario vero videt secus, qa etiā nō sacerdos vel nō consecratus q minus habet quā excōicatus cōmittere pōt,

qa nō minus est cōmissio quā pmissio, quia iure suo sacerdos audit confessionē & cōmittēs tm̄ est causa sine qua non pter parrochiarū distōnem & ecclesie phibitionem. Quādo aūt cōmittens morit̄ vel amouetur nō est dr̄ia inter cōmissariū in foro pniali aut iudiciali, qa vtriusq₃ potestas expirat quātū ad negocia non incepta. Hec Pet. de pal. dist. xvii. q. iiii. ar. iii.

¶ Differētia inter fratres presentatos ẜm formā clem. dudū, & sacerdotes curatos. Cap. x.

Frattres pdicatores hn̄t priuilegiū q̄ epis mortuis, q ipsis suā dederūt auctoritatē vel cōmiserūt, possunt vti ea auctoritate, quousq₃ fuerit puisum ecclesie de pastor. ¶ Itē nota q̄ p istos effectus nō habet cōmissio effectū in psonis ordinū reprobatorū, de quibus dicit̄ in. c. i. de reli. do. c. i. li. vi. Hec Pe. de pal. vbi supra. ¶ Nota vlterius dr̄iam inter predictos fratres sic pn̄tatos & curatos. Nā predicti frattes ex tali pn̄tatione & cōmissione, possunt audire oēs parrochianos oium curatorū illius diocesis vbi sunt pn̄tati, sed non aliarum diocesum & nō possunt hoc cōmittere alicui. Sed curati, nō possunt audire inquātū curati, nisi parrochianos suos tm̄, alios nō nisi cū licētia epi vel curatorum eorū, & possunt hoc cōmittere alteri. s. audire suos parrochianos. ¶ Nota etiā aliā dr̄iā ẜm Lan. & Frā. zaba. in cle. dudū. Nā curati possunt audire cōfessiones & eorū vicarii sibi subditorū in diocesi sui epi & ēt extra diocesim, sed fratres electi & pn̄tati ẜm formā cle. dudū. de sepul, de qua supra non possunt audire seu absoluere extra diocesim, vbi sunt pn̄tati, & si secus fieret quāuis cōfessi possent ex ignorātia excusari, tn̄ quo ad ecclīā nō essent absoluti. Sed si cōstaret eis, deberēt iterū cōfiteri eis & infra diocesim absolui a p̄dictis. Sed si sine predicta solēnitate cōmitteret̄ fratribus ab epo vel a curatis, auctoritas audiēdi confessio

nes simpliciter, tūc possent etiā extra diocesim audire sicut alii vicarii eorūdē. ¶ De casibus episcopis reseruatis, nec curati nec dicti fratres p̄sentati, possunt absoluere nisi inquantum fuerit a diocesanis concessum.

¶ De casibus multiplicibus episcopis reseruatis. Cap. ii.

DE casibus epis reseruatis, de q̄bus dicitur in fine cle. dudū, varie sunt opiniones doctorum. Aliqui eni ponūt plures, aliq̄ pauciores. Vn̄ materia ipsorū casuū nō est bn̄ clara. Et i summa pisana dicit᷑. ꝙ Benedictus papa. xi. in extrauagā. iter cūctas declarauit q̄tuor esse casus ep̄ales de iure. Primus. s. peccatū clerici, p ꝙ incurrisset irregularitatē. Secūdus de incendiariis. Tertius de pctō, pp ꝙ indicēda esset solēnius penitētia. Quartus de excōicatis maiore excōicatione. Itē delarauit q̄nqꝫ esse casus ep̄is reseruatos, de approbata cōsuetudine. Primus est peccatū homicide voluntarii. Secūdus est peccatū falsariorū. Tertius est pctm̄ violātiū eccl̄iasticā libertatē. Quartus est peccatū violātiū eccl̄iasticā imunitatē. Quintus ē pctm̄ sortilegorū diuinatorū & icātatorū. Quāuis āt dicta extrauagās fuerit reuocata p cle. dudū extra de sepul. tn̄ quantū ad dictos casus nil inouatū fuit, & si alia ibi cōtenta sint, & sic videt᷑ ꝙ adhuc illi remaneant, & addit᷑ in pisanella ꝙ possunt nihilominus ep̄i in suis episcopatibus casus eis reseruare, put videt᷑ eis expedire, sicut pn̄t cōstitutiones facere, & multomagis conciliū synodale vel puinciale, a quorū sententiis, religiosi non valent absoluere. Io. an. in. c. si. episcopus, de pe. & remis. in gl. iii. lib. vi. predictis casibus addit post crimē enorme, & publicū homicidiū, & sortilegiū, opp̄ssionē puerorū etiā ex casu, incestū, corruptionē monialiū coitū cū brutis, matrimoniū clandestine contractū, vel contra itedictū eccl̄ie, piuriū, falsum testimoniū, blasphe-

miã dei & sanctorũ. ¶ Hostiẽ. vero in summa ponit oẽs predictos casus & addit pctm̃ cõtra naturã, & ẽt quodlibet enorme. ꝙ particularis vel generalis cõsue tudo reseruat ipsis epis, in qbus aliquãdo epi remittũt pctõres ad sedẽ aplicã pp enormitatẽ criminũ, & ad terrorẽ aliorũ. Hec Hosti. Ego tñ non legi adhuc esse aliqd pctm̃ pcise ita enorme, a quo non possit absolue re eps subditũ, dũ tñ non habeat aliquã sententiã exco municationis annexã. Quãuis añt possint absoluere, si aliquãdo ad curiã mittãt, bñ faciunt. ¶ Guil. duran. Speculator in repertorio suo vltra pdictos casus, ad/ dit alios. s. deflorantes vergines vi oppssas vel sedu/ ctas. Cõtrahẽtes post votũ castitatis emissum. Forni cationẽ cũ iudea vel sarracena. concipiẽtẽ plẽ p adul/ teriũ, quã vir credit suam. Procurãtẽ abortum vel steri litatẽ in se vel alio, Cõtrahẽtes matrimoniũ post spõ salia iuramẽto firmata. Cognoscentẽ carnaliter bapti zatã ab eo, vel cuius confessionẽ audiuit. Tenẽtẽ ad baptismũ vel cõfirmationẽ filios vel filias extra neces sitatẽ. Verberãtẽ patrem vel matrem, & vsurarios. Et tãdẽ sic cõcludit. Tot casus ponere, nihil aliud est, q̃ sacerdotum ptãtem restringere, que eis plenarie data est a Xpo. Vñ breuiter dico, sacerdotes oĩa posse in oc cultis quo ad forũ pniale que non sunt speciaĺr in iure epis reseruata, & que non sunt ipsis sacerdotibus dire cte, vel p aliquã ꝯsequẽtiã interdicta. ar. extra de iudi. c. Et si clerici. & . c. nup. de sen. ex. Hoc tamẽ fateor. ꝙ vbicũq; fuerit aliquod graue delictũ vel enorme, supio ris iudiciũ requirendum est, & idem dico in oĩbus casi/ bus in quibus est generalis consuetudo ecclie, ꝙ sint ipsis epis reseruati. ¶ Io. de lig. in declaratione quam facit sup. c. oĩs de peni. & remis. pbat & ꝯcludit ex di/ ctis imediate p Guil. Spec. & ex cle. dudũ. Fratres p/ dicatores & minores pſentatos pto audientia ꝯfessio

AD declarationem hmõi. s. quando circunstantie peccatorum sunt confitende. sic dicit Pe. de pal. in. iiii. dis xvi. q. iii. Circūstantie sunt in quintuplici genere. ¶ Prime sunt que non alleuiant nec aggrauant. sicut ille que nullam important ꝯuenientiā vel discōuenietiam ad rationem, nec ex se, nec ex suppositione: vt furari cum manu dextra vel sinistra: & istas confiteri ē superfluum. ¶ Secunde sunt: que alleuiāt. s. que important conuenientiam: vt facere malum ex bona intētione vel ignorantia: & istas confiteri est imperfectū nisi timeret scandalum confessorum. ¶ Tertia sunt q̄ important disconuenientiam: ex suppositione: vt furari multū & istas confiteri est pfectum: quia aggrauāt peccatū: nisi imineret piculum sui vel confessoris: vel alterius tertii, Sed qa non mutant spēm nec aggrauant in infinitum: nō est necessariū: eas confiteri, ſm Tho. in. iii. dis. xvi. q. iii. ar. ii. ad. iii. q. Sed Pe. dicit ꝙ quāuis ista sit cōis opio: tutior tñ est alia. s. vt confiteatur eas s. cum notabiliter aggrauant: vt furari cētū: multo grauius est quam furari vnum. ¶ Quarte sunt, que aggrauant & mutant spēm: non tñ in infinitū grauāt & mutant vt quando vtrūqꝫ est veniale, vel qñ primū ē mortale scdm veniale: vt ī spēbus gule: quarū vna aduenit alteri: & sunt qñqꝫ veniales & qñqꝫ mortales & istas confiteri non est necessarium. Nec illud est contra hoc quod dicit Tho. & cōiter alii. s. ꝙ q̄ mutant spēm necessario sunt confitende: qa loqũtur de illis q̄ sunt mortalia. Ratio aūt quare nō est necessarium eas confiteri est ista: quia circunstantia est confitenda necessario nō

qa mutat spēm: vt patet in veniali: sed qa mutat in infinitum vt patet in mortali. Sed circunstātia non mutans in infinitum, nunquam aggrauat in infinitū: quia intendit penas & non extendit. Extensio em̄ est infinita nec pōt crescere: sed intētio est infinita: & semp pōt crescere. Nulla ergo talis q̄ non mutat seu aggrauat in infinitum: est necessario confitenda. ¶ Quinte mutāt & qn̄q3 aggrauāt in īfinitum, vt qn̄ veniali actui: puta laute & studiose p̄parationi addit̄ ebrietas vel notabilis anticipatio hore, in ieiunio sine causa. ¶ Sed vtrum in religioso sit mortale quod alteri est veniale: dicēdū ꝙ non puta dicēdo verbū ociosum & hmōi: nisi spēm mutaret: qa nubere vel velle nubere: quod secularibus nō est pctm: si hoc fiat causa prolis generāde, vl̄ veniale pp voluptatem: est mortale religioso professo clerico vel ordinato: quia sacrilegiū: nō aūt primi motus luxurie, furti, vel inuidie: qa nullus vouet se nō habiturū primos motus qui nō sunt in nostra potestate. Hec Pet. de palu. vbi supra.

¶ Circūstantie que trahunt peccatum ad aliud genus: sunt confitende.

ET nota secūdū Tho. opusculo. xii. in quedam epistola: ꝙ ille circonstantie dicuntur trahere peccatū ad aliud genus (& iō de necessitate cōfitēde) que hn̄t spālē repugnātiā ad aliquod preceptorum diuine legis: sicut furtū simplex repugnat huic precepto, nō furtum facies. Si vero fiat furtū i loco sacro circūstātia loci, iā repugnātiā habet ad aliud p̄ceptorū quod est de veneratiōe sacrorū: & sic addit̄ noua spēs pctī: & sic de aliis.

¶ Peccatum commissum die festo trahitur ad circunstantiam aliam.

SIcut nic. de lyra super Exo. ꝙ peccatum mortale commissum die festo habet spālem repugnātiam ad illud preceptum de sanctificatione festorum & sab/

bati:qa magis est opus seruile opus peccatis:quã opus manuale.Opus ãt seruile ibi phibet:& sic mortale vltra propriam deformitatem sue materie:ex hoc q cõmittitur in die festo:habet aliam deformitatem ex ista circunstãtia quã oportet cõfiteri.Et in fine illius opusculi dicit idem Tho.q illud quod dicitur circũstãtias nõ trahẽtes pctm̃ ad aliud genus siue speciem:non esse de necessitate cõfitẽdas:nõ esse:referendũ ad numerum pctorũ & eiusdem speciei:quia numerum tenetur ↄfiteri si põt:quia nõ estvnũ sed multa,hoc nota diligẽter.

¶Nota tertio q cum cogitatio cũ deliberatione rõnis in actũ peccati mortalis.s.desiderãdi illum actum agere,ẽt absq opere sit peccatum mortale,iõ ad singulas peccatorum spẽs post peccata operis,iterroga ẽt de peccatis cogitationum illius peccati,&de peccatis.Et cũ opus alicuius peccati,& deliberatio mẽtis,ad illud agẽdũ absq ope sit eiusdẽ spẽi specialissime : sed differũt ẽm maius & minus,vel pfectũ & impfectũ, quia s,maius peccatũ est in opere quam in sola cogitatione, iõ ẽt de circõstãtiis hmõi cogitationũ interrogãdum est,puta,si dicit penitẽs se cõsisse cogitationibus luxuriosis,qa põt hoc esse multipliciter.& in diuersis spẽb⁹ iõ interroget de qualitate,ipsarũ cogitationũ,vt si deliberauit tale peccatũ cõmittere cũ soluta, qa tũc fornicatio est,si ipse solutus est,aut cũ ↄiugata,qa tunc adulterium est,ↄsanguinea,qa tũc incestus est,& sic de aliis luxurie speciebus & aliorum vitiorum.

¶Peccatum diuiditur in tria.

PRo aliquali declaratione pdictorũ nota q dicit Tho.prima secũde.q.lxxii.ar.vii.q pctm̃ diuiditur p hec tria.s.pctm̃ cordis oris,& operis nõ sicut per diuersas spẽs cõpletas,sicut differũt specie bos& leo& capra.sed p diuersos gradus peccati sicut domus i fundamẽtũ diuidit,in parietẽ & tectũ,sicut in spẽs incõ

pletas. Cōsumatio igit̃ peccati est ĩ ope. Vñ pctm̃ operis habet spēm cōpletam, sed prima inchoatio eius est quasi fundatio in corde. ¶ Secūdus gradus eius est ĩ ore, ſm q̄ homo prorumpit facile ad manifestādū conceptum cordis. ¶ Tertius gradus est in confirmatiōe opis. Patet ergo q̄ hec tria ptinent ad vna pfectā peccati spēm, cū ab eodē motiuo pcedant. Iracundus. n. ex eo q̄ appetit vindictam, primo turbatur in corde, secūdo in verba contumeliosa prorumpit, tertio procedit ad facta iniuriosa, vt percussionē & huius, & sic de aliis quibuslibet, & de luxuria. Nec tñ sic intelligendum est peccata cordis esse spēs incompletas quasi nō sint mortalia, imo qñ in eis est ɔsensus deliberatiuus ad actus q de se sunt pctā mortalia, tales cogitatiōes sunt peccata mortalia, & si nō ita grauia sicut peccata operis, vt dictū est. Et qñ sunt simul cogitatio cū locutione & opere, vnum est pctm̃, vt patet de luxuria & aliis peccatis. Et qñ vero quoddam tempore deliberat fornicari & alio tempore diuerso & distanti, fornicatur, sunt duo peccata mortalia. De delectatiōe vero morosa aliquid dicetur suo loco.

¶ Regule quinque cognoscendi peccatum mortale a veniali.

AD cognoscēdū vero qñ pctm̄ ē mortale vł veniale, nota qnq; regulas. ¶ Pria est qñ amor vel affectio ad aliquā creaturam, s. se vel aliam tm̄ crescit, vel est tam magnus quod in eo constituitur vltimus finis: idest q̄ nec actu nec habitu ordinat illā creaturā, aut eius dilectionē aut ēt seipsum ſm deum & vellet cum tali creatura contentari, & non curaret deum offendere aut eius precepta transgredi pp illam creaturam ita q̄ ibi est aliqualis contemptus dei, & si nō ē formalis, tñ interpretatiuus & est fruitio creature, qa p̄ponitur creatura deo, Vñ cum aliquis vellet hic cum creatura

semper manere non curando de eterna beatitudine, licet non sint semper rudes de hoc interrogandi vel tentandi, tamen talis amor creature semper est peccatum mortale. Quando aũt aliquis diligit aliquam creaturã plusquam debet, sed propter hoc nollet deum offendere, aut eo carere nec eius amicitiã perdere, talis amor creature non semper est peccatum mortale. ¶ Secũda regula satis concordat cum precedenti, scilicet cum notabiliter contra dilectionem proximi aliquid committitur, tunc est mortale pctm̃. Quando vero non, tunc est veniale. Quando vero aliquid fit contra dilectionem dei, potest attendi penes hoc quod repugnat charitati vel amicitie, quam debemus ad deum habere super omnia. Quando aũt aliquid fit contra dilectionẽ proximi, põt attendi penes ista p̃cepta legis nature. s. quod tibi non vis fieri, alteri ne facias, & quod tibi rationabiliter & ex debito vis fieri alteri facias & põt etiam attendi penes scandalum actiuũ quod ego infero proximo meo per mala exempla. Sed inquãtum importat aliquid ꝯtra dilectionem, vel quantum sit illud scandalum, da hoc ꝙ sit mortale, non precise determinatum ẽ, quia i modico facere ꝯtra ꝓximum nõ ẽ mortale, aut in paruo scãdalizare. Vñ q̃libet attendat ad seipm̃ quod sibi uellet fieri, & quod sibi nollet fieri, & per quod factum & non factum soluere inter se & amicũ suum amicitiã quam simul hñt.

¶ Tertia regula, quando componitur contra preceptum dei & ecclesie, uel legis nature, uel supioris: q̃ p̃cepta sunt de necessitate salutis, uel contra uotum publicũ, uel priuatum, uel cõtra iuramentũ licitũ: & tũc ẽ mortale peccatum: qñ uero citra: tũc nõ est mortale.

¶ Quarta regula: cũ aliq̃d fit vel cõmittit̃ vl' omittit̃ ꝯtra ꝯsciã vere vel false dictãtẽ aliq̃d pctm̃ mortale vel cõtra ꝯsciam formidãtem probabiliter vel dubitatiue

in aliquod pctm̄ sit mortale:tūc semper est mortale: si ꝯscīa non sit sufficienter instructa. ¶ Quinta regula ē de actibus intus manentibus. Qñ qdā habet solam cogitationem de aliquo quantuncunqꝫ turpē vel malam absqꝫ complacētia seu delectatione vel ꝯsensu tūc nūq̄ est pctm̄ mortale vel nullū vel veniale. Qñ vero est cōsensus in actum q esset peccatum mortale:tunc semper est pctm̄ mortale:qa deus voluntatē ꝓ facto acceptat. Quādo aūt cum cogitatione aut complacentia est delectatio morosa in aliquo turpi:spāliter in libidinosis tunc est mortale:ſm dcm̄ Aug. Esto ꝙ non sit consensus in actum ſm hoc dictum Aug. iudicium est de peccatis interioribus ad qđ ēt facit distinctio suprāposita de sensualitate & actione: & de peccatis ꝓuenientibus & sequentibus deliberationem. Applicando igiť septē vitia capitalia que non semper sunt mortalia: sed sunt male radices in homine ex qb⁹ oriūtur septē venialia.

¶ Que debeat seruare & scire confessor vtilia & necessaria in ipso exercitio confessionis. §. iiii.

VLtra excōicationem iuris cōis: sciat confessor si penitens īcidisset ī sniam ꝯſtōnis synodalis. Iō debet inuestigare de cōstitutiōibus illius diocesis si q̄s haberet, vel ēt ꝓuincie, vel legationis: vt melius possit penitentibus prouidere. ¶ Diligenter querat de nūero peccati, quotiens incidit in id vel illud: qa oīes sepe transeunt illud leuiter. Et de circūstātiis nō necessatiis: & de peccato quod alteri iam rite ꝯfessus est non querat cum non teneatur nisi in casu in quo teneť ꝯfessionem iterare de quo plene supra in precedē. pte. §. iiii. & nō solum de peccatis opere ꝑpetratis: sed ēt de peccatis cordis & de numero eorum que persone paruipēdūt interrogādū est. ¶ Et qa ſm Th. pria. ii. q. lxxii. pctm̄ cogitationis & opis in eadem materia sunt vnius & eiusdem speciei: sed differunt ſm magis & minus

quia.s.peccatum operis est grauius peccato cordis: iõ et interrogandum est de specie & circunstantiis necessariis peccatorum cordis, verbi gratia. Si dicit se in mẽte solum deliberasse mulierem cognoscere: interrogandum est vtrum solutã vel nuptam verginem vel aliam & qua die: & hoc quia ista faciunt illud peccatum esse diuerse speciei. ¶ Et si mulier est facias eam ex trauerso stare, nec in faciem eius aspicias, qa facies earum, vẽtus est vestres ait ꝑpheta. ¶ Sed nec virum decet frequenter aspicere in faciem, ne eum erubescere facias vltra quam oportet. Virosq; graues & sapiẽtes dulcius & vrbanius oportet reꝑhendere. Rusticos grossos ac idiotas durius, ne peccata sua paruipendant ex leuitate sermonis. Stimulatos vero ex dolore, & desperatione, quantuncunq; peccata commissa sint grauia confortare, & aĩare expedit, ĩducẽdo exempla Dauid, Magdalene, Pau. Pet. Latronis, & hmõi. Induratos & se excusantes, aggrauare peccata eorum, ostendendo pericula, exemplo Ade, Saulis, Iude, & hmõi q̃ seipsos desperauerunt. ¶ Nota ſm magi. Vber. in. li. de. of. or. ꝙ illorum ꝯfessiones prius sunt audiende & libentius, q̃ magis indigere putantur, vel quia raro venire solent, vel quia sunt in maiori statu, vel de quorum confessione speratur maior vtilitas futura.

¶ Quomodo se habere debeat confessor audiendo mulieres.

IDem dicit de audientibus mulieres. Caueant ne nisi in publico audiant, & nisi ab aliquo videanť, nec multum ĩmorentur, nisi quãtũ necessitas cõfessionis requirit. Et eis que nimis frequenter confiteri volunt, assignent certum tp̃s extra quod ipsas non audiant, nec aliis colloquiis se eis exponant, & semper duris verbis & rigidis vtantur circa illas potius quã molibus. Hec ille. Et hoc est contra illos, qui quotidie audiũt mulier

colas & faciunt eis longas pdicationes, vñ amittūt multū tēporis & scādalū seqt̄ cōiter ī ipsis & in ppl̄is.

¶ Qualis & quāta debeat iniungi satisfactio seu penitentia a confessore penitētibus & equaliter se habere debeat pnias iñgēdo.

Nota q̄ pro quolibet pctō mortali esset regulariter septennis penitentia iniungenda, seu imponenda, vt habet̄.xxii.q.i.c.predicandū in gl.&.xxxiii.q.ii.c.hoc ip̄m.&.§.se.quod setuabat̄ antiqtus & ista septennis pnia magis vel minus aspera ſm varietatem criminum maiorum vel minorum & circunstantiarum & cōpūctiōes erat, quia vbi dicit ibi Hiero.apud deū non tantum valet temporis mensura, quā doloris, nec tantum abstinentia ciborum quam mortificatio criminum, de pe.dis.i.c.mensurā. Sed hodie pnie oēs sunt arbitrio confessoris taxande, consideratis circunstātiis criminum & personarum, & hmōi.extra de pe.& re.c. deus q. ¶ Dicit ēt Leo papa.xxvi.q.vii.c.tēpora penitudinis, tue moderationis arbitrio sunt constitueda prout conuersorum animos prospexeris esse deuotos. ¶ Ray.Guil.& Spec.in suo repertorio hoc tenēt & generalis ꝯsuetudo, sic se habet. Nec est contra id quod dicit Greg.de pe.dis.v.c.falsas. Falsas penitētias dicimus, que non ſm auctoritatem sanctorum patrum ꝓ qualitate criminum imponuntur. Hoc enim intellige ſm Ray.cum sine necessitate rōnabili dimitterēt̄ pnie antiquitus taxate. Nam vltra illam cōem pniā septēnē pro quolibet peccato mortali in genere ponuntur alie pnie maiores uel maiores pro certis peccatis, prout habetur ī diuersis capitulis Decretalium & decretorum que quia cōiter non dantur, hic non pono, que plenius habentur in summa confessorum lib.iii.titu.xxxiiii.q.cxxv.tit.de pe.& re.ubi ponūtur casus.xlvi.de hmōi. Est aūt satis rōnabilis causa nō dādi hmōi pnias in di

positionē

spositione penitētium, & ēt aliqñ nō sufficeret tps uite. Nā ut Ray. & Hosti. dicunt, debet ꝯfessor talē dare pniam, quā verisimiliter credat illū implere, ne ipsam violando deterius sibi contingat. Quod si magna pctā, cōmisit & dicit se penitere, sed nō posse aliquam durā pniam facere, animet eū ad hoc cōfessor. ei ostendendo grauitatem peccatorū, & per cōsequēs pniarū & penarū sibi ꝑpter hoc debitarū, & sic tandem iniungat ei pniam, quam libēter suscipiat. Et si sacerdos nō potest gaudere de oimoda purgatione eius saltē gaudeat, ꝙ liberatum a gehēna, trāsmittit ad purgatoriū. ¶ Itaqȝ vt dicit Hostiē. confessor nullo modo debet permittere pctōrem desperatū a se recedere, ar. xxvi. q. vi. c. presbyter, sed potius imponat ei vnum. Pater noster, vel aliud leue, & alia bona q̄ fecerit, vel mala que tolerauerit sint ei in pniam. Cōcor. Tho. in hoc. Hoc tn̄ sane intellige videlicet si ipsum alias penitet, & dicit se paratū facere quod debet, sed hoc onus penitentie sufferre nō posse, tunc ꝑpter hoc quātuncunqȝ delinquerit non debet dimitti sine absolutione, ne se desperet. Sed si dicit se nō posse dimittere odiū vel caste viuere, vel alienum nō velle restituere, vel artem dimittere, quā sine mortali pctō exercere nō potest, vel aliud hmōi cum possit, nullo modo debet absolui ꝭm Tho. Pe. de pal. & Alb. quia dicit Gre. cā. xi. q. iii. c. tūc vera est absolutio sacerdotis. cū interni sequit̄ arbitriū iudicis. i. dei. qui nunq̄ absoluit impenitētē, de peni. dis. i. c. perfecta. §. neminem. Sacerdos aūt nullā debet cōmittere falsitatem in sacramētis veritatis. Vnde de peni. dist. v. c. fratres. Fratres nostros admonemus, vt falsis penitētiis animas laicorū decipi nō patiant̄. Falsas penitentias dicimus cū sic agitur de vno, vt nō receda tur ab altero. ¶ Verū & si talis, peccatū pur vult cōfiteri, debet audiri eius confessio, vt dicit̄ extra de peni.

& remi.c.ꝙ quidã.& sic aliquid debet iniungi, nõ tñ absoluẽdo eum, sed ei declarando ꝙ ꝑpter hoc nõ est absolutus, sed tamẽ satisfaciet precepto ecclesie annualis cõfessionis fiende, & hortetur eũ ꝙ faciat omne bonum quod potest, vt deus cor eius illustret ad penitẽtiam, vt dicitur de pe.dist.v.c.falsis. & sic nõ est dimittendus sine cõfessione ne desperet. Quod si instet pro absolutione, ostendendo scandalũ & desperationem si non absoluat͂, nullo modo debet ei assentire. Licet tamen ei declarare, ꝙ fieri non potest, nec iuuaret eum.
¶ Et si permanet in scãdalo, nõ est curãdum, quia est scandalum phariseorum.xi.q.iii.c.inter verba.

¶ Qualiter se habere debeat confessor penitentias iniugẽdo penitẽtibus.

IN imponẽdo penitentias ne vilescat auctoritas ecclesie, arbitretur cõfessor, & ne potestas clauium cõtẽnatur de peni.dist.i.c.multiplex.§.sunt qui arbitrantur.l.dist.c.absit.&.c.si quis ꝑpostera. Minus malũ est si pur contingat errare, ꝙ erret dando nimis paruam, q̃ nimis magnã, vt dicit Chry.xxvi.q.vii.c.alligãt, qa vt ibi dicit͂. Melius est deo reddere rationem de nimia misericordia, q̃ de nimia feueritate. Si enim benignus est deus, vt quid sacerdos vult esse austerus? ¶ Exemplum habemus a Christo, vt dicit Ray.qui nulli vnq̃ graue imposuit penitentiam, sed dixit. Vade & amplius noli peccare, & ad hoc maxime debet attendere confessor, excidere ab eo causas & occasiones peccatorum, puta si conuersatio eius cum aliquo vel aliqua est occasio ei alicuius ruine, debet imponere sibi quod dimittat si potest, & huiusmodi de peni.distin.iii.c. satisfactio. Aliquando imponere potest ei loci mutationem, qui ei est ad scandalũ, si fieri põt di.lxxxi.c.valet. Aliquãdo tñ res sic se habẽt, quod fieri nõ potest.
¶ Contraria penitẽtia debet imponi delicto,

ITem imponēda est penitētia contraria ad malum quod cōmisit ſm Ray. videlicet superbo opera humilia, guloso ieiuniū, auaro elemosyne & hmôi, qa cōtraria cōtrariis curātur de peni. dist. ii. c. ii. Quod intellige si creditur illum velle & posse perficere. Hoc enim est ad bene esse imponere magis istam q̄ illam. ¶ Item si est negligens ad audiendum verbum Dei, sibi potest iniungere secundū Ioan. ꝙ audiat certum numerū predicationū. Debet tñ cauere cōfessor ne det talē pniam per quā fiat alteri preiudiciū, puta si seruo iniungatur peregrinatio vel ieiuniū prolixū ita ꝙ eius dñs recipe ret detrimētum de seruitio suo, si etiā imponeret vxori vt daret multas elemosynas, dabit de bonis viri si paraphrenalia nō habet. ¶ Item pro pc̄tō occulto nō est manifesta pnia iniungēda, s. talis, vt posiit inde oriri aliqua suspitio peccati cōmissi. ¶ Item nota ſm Io. an. super cle. dudū de sepul. sup verbo audire, ꝙ prius debet sacerdos imponere pniam q̄ facere absolutionē a peccatis, quod probat ex ipso textu, clemē. que prius loquit̄ de pnia iniungēda, postea de absolutione, tum etiā ex ratione probat, quia cū absolutio sit cōplementum & forma in pnia, prius debet esse satisfactio, que est vt pars materialis pnie, saltē in ꝓposito actuali, vt expressa satisfactione que debet imponi p sacerdotem acceptet eam penitēs sicut cōfessus est & doluit, & inde sequitur absolutio. Sed cōtrariū dicit̄ esse de censi. c. si. vbi dicitur ꝙ archiepi possunt i visitatione absoluere. & pnias imponere, ergo de necessitate nō precedit qa tñ cōiter fit cōtrariū, vt. s. prius absoluat̄, & postea iniungatur pnia, quomodocunq; fiat vel ante vel post, sufficit. Presupponit enim cōfessor illū habere ꝓpositū faciendi quod sibi iniunget, cū ipsum peniteat. ¶ Secūdū Io. si penitētem absoluis, cuius generalem confessionem audiuisti absoluas, cum etiā a penitētiis

oblitis iniunctis ab aliis sacerdotibus. Et si aliquarum penitētiarum iniunctarū memor sit ꝙ non impleuerit eas, si iudicaueris expediēs, commutes eas, nisi esset in casu a quo non posses absoluere. ¶ De permutatione penitentie habes in .iii. parte sum. titu. xiiii. c. xviii. & xix, vbi etiam multa de satisfactione.

¶ Memoriale dicendum penitenti circa penitētiam fiendam.

Cautū est etiā sibi declarare & pmittere ꝙ si aliqua die ex obliuione vel negligētia dimitteret pniam impositā, puta ieiuniū vel orationes & hmōi, ꝙ possit alia die remittere. ¶ Et ſm Pe. de pal. in .iiii. dist. xx. q. iii. ar. iii. ix. iiii. consulēdum est diuitibus & nobilibus ꝙ querāt participationem bonorū que fiūt in religionibus, in quibus sunt & plures penalitates q̄ alibi, & magis deo accepte & ꝙ in pniam imponatur eis ꝙ non solū bona que faciēt per seipsos, sed etiā que per alios procurabunt, & ab aliis, & omnia quorū specialiter sunt participes. ¶ Dicit etiā Pe. de pal. in .iiii. dist. xx. q. ii. ar. i. ꝙ debet cōfessor cū minorē pniam debito imponit, innotescere ei ꝙ illa pnia sibi imposita non est digna, ne decipiat̃ putās sufficere, sed ꝙ deberet pro quolibet mortali septēnem agere pniam, quā si hic non perficiet, in purgatorio luet. Si tamen per illam declarationem crederet eum incidere in disperationem non debet sibi hoc dicere.

¶ Quid fiendum quando penitens non confitetur peccatū aliquod mortale quod confessor scit esse in eo.

DE confitēte aūt qui nō cōfitetur aliquod mortale, quod nouit de eo cōfessor, ex eo ꝙ nō reputat illud peccatū, dicit Gof. in quolibet. ix. ꝙ si est certum illud esse mortale, tunc quicunqꝫ confessor debet ei facere cōsciētiā de eo, cū cōfessor ordinet̃ ad vtilitatem

eius, sed vtilitas eius est ꝙ sciat statū suum, nec debet eū absoluere, sed reputare eū indignū & indispositum ad recipiendum absolutionē, dum manet in tali statu.

¶ Sed si dubiū ē vtrum sit mortale, & opiniones doctorū sunt diuerse, videlicet vtrū sit licitū emere redditus ad vitam, tunc aut cōfessor est ordinarius eius, ita ꝙ tenetur cōfessionē eius audire, & tūc si sit opinionis illius ꝙ illud nō sit peccatū, debet eū absoluere simpliciter. Si aūt credit ꝙ sit peccatū, debet ei facere cōsciētiā ꝙ cōfitēs se diligēter informet de illo facto vtrū sit peccatū. Sed dato ꝙ ille non vellet recognoscere illud esse pctm̄, nihilominus ex quo est ordinarius tenetur eum absoluere, nec debet eū reputare inhabilē ad absolutionē, qa hoc ex errore & nō ꝓterua opiniōe ꝓcedit.

¶ Ordinarius aūt absoluēdo debet sequi cōmune iudicium ecclesie non suum. Si autem sit confessor delegatus qui in nullo tenetur confitēti nisi velit, si credit illud esse mortale nō debet eum absoluere, quia ex mera voluntate dependet vt absoluat vel dimittat. Debet enim sequi proprium iudicium in absoluendo, & peccaret si absolueret. Hec Goff.

¶ Sacerdos dicitur soluere vel ligare tripliciter, & de modo & forma absoluendi. §. vi.

Nota tandē ſm Ray: ꝙ sacerdos dicitur soluere vel ligare tripliciter. ¶ Vno modo per ostēsionem .i. ostēdēdo solutū vel ligatū. Dico ligatū cū non absoluit. Licet enim sit peccator per contritionē a deo absolutus, tū in facie ecclesie adhuc manet ligatus, & sic intelligitur. c. multiplex. §. quātumlibet de pe. dist. i. ¶ Alio modo ligat sacerdos dando penitentiam ad quam obligat peccatorem, & soluit eum quādo de penitētia sibi debita dimittit, vel per eam purgatum ad sacramenta admittit, de peniten. distin. i. c. multiplex. ¶ Tertio modo per excōicationem & absolutionem

ab ea.ii.q.i.c.nemo. Tamen fit fm Petrū absolutio a peccatis realiter, per ministeriū sacerdotis, nō quidem principaliter & auctoritatiue, quia hoc est ꝓpriū dei. de peni.dist.i.c.multiplex.§.verbū, nec solū ostensiue, quia & hoc faciebant sacramēta veteris legis, siue testa mēti, nec solū deprecatiue, quia sic magis absoluere bonus laicus, q̄ malus clericus, nec solū per cōtritionē confitētis, quia tunc nunq̄ quis efficeretur ibi de attrito cōtritus. Sed operat̄ instrumētaliter absolutio ad remissionem disponēdo ad gratiā, & nisi ponatur obstaculum, fit de attritio contritū, & iam contritio adauget gratiā. Hec Pet. de palu. cui concor. Tho.in.iiii.dist. xviii.q.iii.ar.v.ad primū. Et fit hoc virtute clauium que dicuntur plures in effectu, quia vna est potestas discernēdi, alia diffiniēdi. Vna tn̄ est essentialiter.s.potestas iudicādi in foro anime collata a deo & in anima impssa īdelebiliter per susceptionē sacerdoti. Hec Pet.

¶ Secūdū vero Ray. nota ꝙ triplex est iudiciū.s.Dei, Petri, & Celi. ¶ In primo absoluitur peccator per cōtritionem. ¶ In secūdo.s.iudicio Petri i.confessionis, per absolutionem si tamen prius sit absolutus adeo saltem ordine, alioquin nō. Vnde dicitur.xxiiii.q.i.c.manet. Manet Petri priuilegiū, quādo ex equitate fertur iudicium. ¶ In tertio.i.iudicio celi.i.curie celestis absoluitur per approbationem de peni.distin.i.nunquid Cain. ¶ Alio modo & aliis verbis dicitur triplex iudiciū. Primū Dei. Secundū Petri in ecclesia militanti. Tertium sursum in ecclesia triumphanti. ¶ Primū est ꝙ Deus mundat animam in contritione, & hoc precedit reliqua duo.s.tempore dignitate, & effectu. Est enim ille qui claudit & nemo aperit & nemo claudit. ¶ Secundū ꝙ sequitur post illū, est iudicium sacerdotis, qui auctoritate clauinm ligat vel soluit eo modo quo Paulo ante dictū est. ¶ Tertium quod sequitur

eſt iudiciū approbationis.ſ.celeſtis curie & angelorū.
¶ Nota etiam ſm Pet. de palu. in.iiii. diſtin.xix.q.i. ar.i. ꝙ eſt triplex clauis regni celorū. ¶ Prima eſt auctoritatis & hanc habet ſolus deus, quia cum clauis ſit poteſtas aperiēdi celū & Deus qui ſolus principaliter poteſt remittere peccata quibus celum clauditur & gratiā infundere qua aperit, ideo habet hāc ipſe ſolus. ¶ Secunda eſt excellētie. Hanc habet ſolus Chriſtus inquantū hō. Ipſe enim merito paſſionis aperuit celū, tollēs īpedimentū nature, quod nullus tollere potuit. ¶ Tertia eſt clauis miniſterialis, hanc habēt ſacerdotes qui miniſterialiter & diſpoſitiue agunt ad ammotionem obſtaculi.i. vectis ſeu peccati, & apertionem .i.collationem gratie. ¶ Clauis autē miniſterialis eſt duplex, vna dicitur ordinis, alia iuriſditionis, & forte ſunt realiter diſtincte, quia licet clauis iuriſditiōis, nō ſit aliquid reale, tamen clauis ordinis eſt aliquid reale & indelebile, & clauē ordinis habet omnis ſacerdos, ſed clauem iuriſditionis non habet niſi habeat ſubditum, vnde & curatus non ſacerdos habet clauem iuriſditionis & non clauem ordinis. Item clauis eſt duplex ſcilicet clauis ſcientie & clauis potentie, vna tamen eſſe eſſentialiter.

¶ Forma verborum abſoluendi penitentem.

Dicit Pet. de palu. diſtin.xxi.q.ii.arti.ii.ix.iii.ꝙ homo quia ignorat vtrum vnq̄ fecerit vnā perfectam confeſſionem, expedit ꝙ in omni confeſſione ſacramentali, poſt omnia ſua peccata ſpecialiter enumerata, ſequat̄ generalis clauſula.ſ.de omnibus aliis mortalibus & venialibus confeſſis & nō cōfeſſis ac oblitis dico meā culpā, & ſic ſequitur abſolutio, & ſic valebit ad remiſſionem culpe & pene etiā mortalis, & ſcite ac etiam oblite, ad quam tamen nō tenebatur alias in ſpeciali confiteri iterum, quia.ſ.ſufficienter confeſſus eſt.

¶ De forma & vi verborum que re/
quiruntur in absolutione.

FOrma aūt absolutionis ꝑm Tho. in opuscu. in tra
ctatu de forma absolutionis est hec, quantum ad
substantiā. Absoluo te, & consueuit addi ego & a pec/
catis tuis & si non diceretur subintelligeret, quia enim
in sacramentis verba hebēt efficaciam ex institutione
diuina. Tenēda sunt determinata verba, consonantia
institutioni diuine dicenti. Quecunqꝫ solueritis &c.
Ista verba conueniunt, ego te absoluo. Idem Inno. &
Hostien. & melius additur ꝑm Pet. de pal. in. iiii. dist.
xxi. q. ii. ar. ii. Ab omnibus peccatis tuis, q̄ dicere a pec
catis tuis confessis & oblitis, & melius dicitur ab om/
nibus peccatis que confessus in generali vel in speciali
de quibus intendis. ¶ De ista & aliis formis diuersis
absolutionis ab excōmunicatione & peccatis, dicetur
infra in fine interrogatorii. Solet autem papa aliquan
do tantam facere gratiam quibusdam, vt ab omnibus
censuris & penis simpliciter iuris, & ab homine latis
possint absolui in foro saltem conscientie, & tunc con/
fessor potest ista forma vti, quam a curia romana ha/
bui & vsus sum.

¶ Forma absolutionis ab omnibus censuris & penis,
tam a iure quam ab homine latis.

DE plenitudie potestatis apostolice, cuius aucto
ritatem pro presenti gero, absoluo te ab omni/
bus censuris ecclesiasticis sententiis, & vinculis excōi/
tionum, suspensionum, & interdicti, tam ab homine q̄
a iure latis, necnon ab omnibus negligentiis & defecti
bus commissis in sacramentorum administratione offi
ciis & actibus tuis, vel noīe tuo factis supplēdo de so/
lita apostolice sedis clementia, oēs defectus eorūdem.
Aboleo etiā oēm maculam infamie & inhabilitatis vn
decūqꝫ contractam, dispensoqꝫ tecū, super omni irre/

gularitate, symonia in ordine & beneficio actiue, vel passiue quacũq; occasione vel causa etiam circate in collatione ordinũ & aliorũ sacramentorum cõtractis seu commissis. Restituo te & habilito te ad statum, famã, honorẽ, & executiõẽ officiorũ ecclesiasticorum quorũcũq;, ac ad oẽs gradus dignitatũ & honorũ, ad bñficia ecclesiastica habita & habẽda, & tibi de his que habes, de nouo prouideo relaxãdo tibi fructus quos male percepisti, seu lesa ɔsciã ex eisdem, ac alia que in ludo ex successione, ac alias ad te superuenerunt, que subiacent restitutioni vage in forma plenissima. In nomine patris & filii & spiritussancti amen. ¶ Si aũt aliquis dubitat, an pro istis spãlis exigat̃ forma absoluendi necessaria, qui a sede apostolica hñt priuilegiũ q̃ in articulo mortis, duntaxat semel possint absolui & habere plenam remissionem oĩum suorũ peccaminũ. i. a culpa & a pena vt alii exprimunt. Rñdet̃ ẽm q̃ a magistris tã in concilio Cõstãtiensi quam basiliensi dictum fuit q̃ nõ, sed sufficit q̃ ea oĩa & singula faciat pro quibus p̃fata indulgẽtia dat̃, ꝑut in bullis vel priuilegiis talibus exprimit̃. ¶ Nec putet aliquis q̃ quando in articulo mortis fuit semel absolutus plenarie, & vsus ẽ semel illo priuilegio, q̃ postea in alio articulo mortis vti illo iterum valeat, nisi papa latiorem auctoritatem daret quam dat, qñ ponit q̃ ĩ articulo mortis dũtaxat semel & ita rñsum est in concilio Constantiensi a clarissimis viris plibus de hoc requisitis. Nec mirũ quia priuilegiũ dẽ indulgentiis tantum valet vel dat, quantum sonat, non autem extẽdi debet vltra.

¶ Quid fiendum quando cõfessor absoluit penitentẽ de quo non debuit.

SEd quid de confessore qui absoluit confitentem de quo non debuit, aut ex ignorantia, vel verecundia, vel festinatione, vel hmõi, & confessor postea ex/

perit se errasse, nunquid tenetur confitēti hoc dicere? Rñdet ẜm oēs, ꝙ confessus excusatus est, & corā deo absolutus interim quod nescit, sed confessor nō. Quid ergo faciet? Collatio facta fuit de hoc cū multis notabilibus doctoribus theologie in concilio Basiliēsi. Nā quidam dixerunt ꝙ confessor debet auctoritatem a superiore impetrare absoluendi eum, & si sine magno scādalo fieri pōt vocare non absolutum, & sibi dicere ac eum absoluere post auditam confessionem. Vel si magnum scandalum timeret, absoluat eum absentem, si ab vltima cōfessione adhuc speratur ese in gratia. Adhuc autem & aliis placuit, si notabile scandalum timeretur summo sacerdoti deo cōmittat, & solā condignā pniā pro eius negligentia peragat confessor, presertim quādo multitudo sic est neglecta vel multi eorum distant a loco vbi est confessor.

¶ Quid de confessore qui non intelligit penitentem.

QVid etiam sentiendum est de eo qui confitetur & confessor non intelligit eum, aut ex dormitione, aut ex imperitia lingue, vel distractiōe nimia mentis, vel simili causa. Respōdet. Io. de harthebergis antiquus doctor in quoli. suis. Sacramentalis absolutio preexigit confessionem, Oīs vero confessio importat reuelationem, que non pōt esse sine relatione vnius & perceptione alterius. Cū ergo alterū istorū deficiat s. perceptio sacerdotis, in prefato casu de illo peccato non credo esse ꝯfessionē, & p ꝯñs nec īpēdi absolutionē. Hec ille. Sed illud videt debere intelligi, vbi obaudita sunt pctā grauia, que sunt de necessitate salutis cōfitenda non de aliis que cadunt sub ꝯsilio vt venialia, & vbi talia modica obaudiunt raro ab eo qui alias no scit personam. Debet ergo confessor facere iterare ea q̄ ex somno non intellexit.

¶ An penitens teneatur iterare penitētiā ei iniunctā in peccato mortali factā in toto vel in parte, & an dicta penitentia taliter facta ei valeat in foro militantis ecclesie. §. vii.

VTrū vero pnīam seu satisfactionē impositā per absolutionem debitā in pctō mortali factā, vel in toto vel in parte teneatur homo iterare? Super hoc sunt varie opiniones. In hec tñ oēs concordant, ꝙ satisfactio facta in mortali non valet sicut nec alia opa facta in mortali valent in foro dei ad tollendū vel minuendū debitū pene ꝑ peccatis ad quod ordinaẽ oīs satisfactio, quia cū non sit in amicitia cū Deo, non pōt esse acceptū tale opus ipsi deo sic factum. ¶ Sed vtrū valeat in foro ecclesie militantis, ita ꝙ nō teneaẽ eā iterare? In hoc est varietas opinionum. Aliqui dicunt, ꝙ teneẽ iterare, quia cum non potuerit satisfacere Deo, nec etiā potuit satisfacere sacerdoti, qui in persona dei illud sibi iniunxit. Sed. Pe. tarā. & Ioā. peri. videntur simpliciter dicere sine distinctione, ꝙ talis non tenetur iterare tales satisfactiones, quia satisfecit in foro ecclesie militantis in quo date sunt, & vbi non iudica tu de dispōne interiori. Idem videtur sentire. Vincē. in speculo historiali lib. ix. & d. Anibal. in. iiii. ¶ Et pro ista opinione videẽ satisfacere īpositio septēnis pnie, que regulariter fiebat pro quolibet mortali antiquitus, vt xxii. q. i. c. predicandū, Et verisimile est ꝙ in tanto interuallo quod aliquod mortale cōmitebāt, vñ si oportuisset iterare fuisset laqueum īponere aīabus. ¶ Th. vero cum Alb. in. iiii. distinguunt de satisfactione. Dicit enim ꝙ quedam sunt satisfactiones in quibus remanet aliquis effectus in satisfacientibus ēt postquam actus satisfactionis transiit, vt ex ieiunio remanet corporis maceratio, vel debilitatio, & ex elemosina substātie diminutio, & tales satisfactiones in pctō non opor

tet iterare, quia quantum ad illud qđ ex eis remanet p pniam sequentem accepte sunt. Alie vero satisfactiones sunt, que non relinquunt effectum satisfaciẽte post quam transiit actus sicut in oratione & huiusmodi. Actus.n.interior.qui tollitur, transit nullo modo viuifi catur, vnde oportet ꝙ tales satisfactiones iterentur. ¶ Eãdem opionem tenet Pe.de pal.in.iiii.dis.xv.q.i. ar.iii.magis declarans. Dicit.n.ꝙ in satisfactionibus hñtibus effectũ derelictũ post opus, ut elemosyna priuationem eris, ieiunium corporis debilitationẽ & huiusmodi si postea peniteat & pseueret, sicut baptismalis character habet effectũ recedẽte fictione, sic & istud derelictum ex sacramento quod operat̃ ex opere operato, incipit ualere ex sequenti eius approbatione, & sacerdotis ratihabitione, cũ illum uere penitet & non ex simplici uiuificatione, quia opus operans mortuum numquam uiuificatur, & sic illa pnia satisfacit, non solũ in foro ecclesie, sed etiam in foro Dei, quantum ad illud derelictum, ut non oporteat iterare sicut ieiuniũ elemosyna & hmõi. Sed si non hñt effectum derelictũ ut oratio, talis pnia facta in mortali nullo modo satisfacit quin hic uel alibi oporteat satisfaceret quod uidetur intelligendum in foro Dei, quia nec ratione ipsius operis cum faciat, nec rõne derelicti cum postea penitet eũ cum non habeat effectum derelictum, sed in foro ecclesie satisfacit, quia non est necesse eam iterare si vult esse in statu salutis postea penitendo, sicut necesse habeat ipsam implere cum fuit sibi ĩposita. ¶ Vñ idẽ Pe. dicit paulus superius, ꝙ qñ hõ est de oĩbus contritus & confessus, & accipit pniam cum absolutione, si recidiuans peragat eam in mortali, ipse quidem se liberat ab iniunctione sacerdotis, nec incurrit peccatũ inobediẽtie, quod incurreret si eam non pficisset, quia nõ est fortius vinculum confessoris quam dei, vel ecclesie,

Sed in mortali existens implēdo preceptum Dei.s.de honore parētum vel preceptum ecclesie vt de ieiunio q̄dragesimale & d̄ elemosyna ab illo absolute se liberat ergo &c. Hec Pe. vbi. supra. Cū ergo pnia iniuncta or dinaretur ad tollendum vel minuendum debitum pe/ne temporalis, talis qui pnīam sibi impositam non ha/bentem effectum derelictum, vt orationes, perfecit in mortali, si reuertitur ad pnīam & tandem moritur in statu gratie, ex quo illam non iterauit, cum per ipsam nil sit solutum de debito pene temporalis, soluet eam ī purgatorio, nisi per alia bona hic satisfaciat. Q̄d si nō reuertantur ad pnīam, qui pnīam perficit in mortali q̄ cūq3, siue hn̄tem effectū siue non habentem derelictū, soluet illud debitum in inferno semper sicut ille q̄ mo/ritur cum mortalibus & venialibus de vtrisq3 soluet penam eternā in inferno. Quāuis em̄ pro veniali debea tur pena temporalis, que finem habe, tamen per acci/dens ēst q̄ veniale puniat̄ in inferno pena eterna. r.rō/ne status, quia in inferno nulla est redemptio. Non em̄ est ille status expiandi culpam, ad quam sequitur pena, & ideo semper remanēte culpa veniali durat & pena. Ita tenet Tho. in. iiii. dis. xxii. Sed de pena tpali debi ta pro mortali post cotritionē. Pe. de pal. sic declarat. in. iiii. vbi supra ar. iiii. ad primū. Peccator postquam ē Deo reconciliatus est debitor pene finite non qualiter cūq3 soluende, sed in statu gratie in quo solum est Deo accepta. alioquin est debitor pene tante, quantā meret̄ culpa, & illa est infinita. Vn̄ peccatori p se debeat̄ qdē pena infinita si erat in mortali, sed mutata fuit in tepo ralem, supposito quod perseueraret in amicitia. Acce/ptauit em̄ deus absolutionē a pena eterna, & imposi/tionem pene finite sub conditione, si in gratia fieret.
¶ Et si queratur quare Deus magis acceptauit abso/lutionem a culpa sine conditione, quam absolutionem

a pena. Dicendum est ꝙ culpa transit & macula trāsit, & gratia i momēto aduenit, sed satisfactio futura est. Futuris aūt solet conditio apponi, non autem p̄ntib⁹ nec preteritis, vel si apponatur, certa est, qa sicut est in gra ꝑ tūc non potest esse sine gratia. Ideo remissio culpe fit sine conditione, vel fit simplr̄, quia cōditio non existit. Vñ sicut per sacramentum non remitteretur culpa nisi adesset gratia, sic nec postea per satisfactionem remittit̄ pena nisi adsit gratia. Talis ergo dimissa culpa punietur in inferno pena infinita, non propter commutationē finite ī infinitā, sed qa debitor ē pene ifinite, ex quo non soluit penā finitam sub conditione qua debuit, sicut perdens priuilegium clerile incidit de foro miti ad forum sanguinis, sic q declinat forum ecclesie incidens in mortale, ad forum iustitie extermināti inueńt penam eternam. Hoc quod dicit Pet, videtur intelligendū de eo qui penam iniunctam non hñtem effectum derelictum factam in mortali, scito ab eo, vel de quo dubitat, contēnit iterare, vel etiam credit vel dubitat se debere iterare, ex negligentia dimittit & ex labore recusans hoc, & ī purgatorio faciet emēdā ð eo. ¶ Sed si qs dimittit iteratione talis pnie ex ipossibilitate, quia ei deficit tēpus, vel credit se eā fecisse in statu gratie, vel si fuerit ī mortali in cognito tñ ab eo, vel etiam si scit se eam fecisse in mortali, iterare facit p aliū quem credit bonum, vel etiam si nec per se nec per aliū iterat, credit sibi sufficere ad salutem ꝙ impleuit sibi iniunctam, intēdens ꝙ hic minus fecit, satisfacere in purgatorio, & sic de eo facere emendam per hmōi omissionem, talis non dānat̄. ¶ Vñ & ipse Pet. dic. dis. xlv. q. ii. ar. ii. conclusione. iiii. ꝙ qui facit pniam iniunctam in mortali pro se, pro tanto non tenetur iterare, quia pōt in purgatorio satisfacere. Et si dicat̄ ꝙ videtur inconueniens quod tantum quis puinatur ꝑ peccato di-

missso, sicut pro non dimisso quia pena eterna & sic nõ videtur in aliquo pto fuisse contritio & confessio. Respondet Pet. ꝙ licet tantum puniatur extensiue, nõ tñ intensiue, sicut pro vno peccato, ita diu punitur quam pro mille, sed non iam acerbe. ¶ Si etiam partem penitentie fecit. s. in statu gratie, & vnus dies remansit ꝑ illa die, eternam luet penam, si non penitet, tñ nõ tam acerbe, ac si nũq̃ cõtritus nec cõfessus eẽt nec ĩ aliquo satisfecisset, alias pctm̃ rediret. Hec Pet. dis. xv. q. i.

¶ Remedium tutius siue consilium dandum penitenti qualiter perficere debeat penitentiam sibi iniunctam, & que penitentia debeat sibi dari securior.

Nota tamẽ ꝙ dum quis facit pñiam sibi iniũctã, si labatur in mortale, quamuis bonum sit quam citius confiteri, tñ cum per solam contritionem peccatum dimittatur & gratia restituatur, quam cito ipse conteritur, etiam antequam confiteatur prosequendo dictam pñiam, ẽt si sit talis pñia que non relinquat effectum post se in foro Dei realiter satisfaciat, quia ĩ statu gratie est. vñ in nullo tenetur iterare. Ad tollẽdum autẽ omne dubium, tutius videtur ꝙ cõfessor & si dat pñias diutinas, det pñias, vt ieiuniorũ, elemosynarũ, peregrinationum, & hmõi, prout requirunt pctã, non tñ iniungat diuturnas pñias orationum, & precipue his de quibus potest dubitari de recidiuo cleri.

¶ De celatione confessionis, & de penitentia sacerdotis confessionem reuelantis. §. viii.

Nota Tho. in. iiii. disti. xxi. q. iii. arti. i. ꝙ audiẽs confessionem tenetur celare audita in ipsa, quia in sacramẽtis id quod geritur exterius est signum eius quod geritur interius, vnde sicut Deus homini cõfitẽti tegit peccatum interius, ita & sacerdos debet celare exterius, vnde tanq̃ violator est sacramenti, reuelator

confeſſionis. ¶ Eſt & alia ratio, quia .ſ. per hoc homi/nes magis trahuntur ad confeſſionē, & ſimplicius con/fitētur. Vnde & ſi ex hoc aliquod periculū futurū im/mineret, & hoc ſolum ſciret per confeſſionem, vt de he retico qui corrumpit fidelem, vel de matrimonio illici to, quod aliqui volunt contrahere, vel de proditione ciuitatis fienda, non pp hoc debet reuelari cōfeſſio ad impediendum malum, vt quidā dixerūt, ſed falſū eſt. ¶ Debet autē monere eos qui confitentur vt obuiēt vel deſiſtant, & prelato dicere ꝙ vigilet ſuper gregem ſuum & hmōi, ſine vlla reuelatione. Hec Tho. in. iiii. diſ. xxi. q. vbi. ſupra. Quid ſi iudex īquireret ab aliquo an ſciat aliquid de illa materia per confeſſionem, vel ꝑ alium modum: dicit Guil. ꝙ ſi nō pōt alio modo de/clinare iniquum iudicem pōt rn̄dere nihil īde ſcio, qđ ſubintelligitur vt homo, vel etiam nihil ſcio per cōfeſ/ſionē quia ſubintelligitur tibi reuelandum. Sic expo/nit illud Matth. xxiiii. c. de die illo & hora nemo ſcit, nec filius hominis, & ſubintelligitur reuelandū nobis. Pōt etiam hoc iurare. Homo em̄ non adducitur in te/ſtimonium, niſi vt hō. Et ideo abſq; leſione conſciētie, pt iurare ſe neſcire id qđ ſcit tm̄ vt deus. ¶ Sed neq; etiā ſm Pet. de pal. in. iiii. diſt. xxi. per īniam vel prece ptum cuiuſcūq; ſuperioris factum etiam pape ſub pe/na excōicaſionis, licet reuelare confeſſionem, quia ſigil lum confeſſionis eſt de iure diuino & de neceſſitate ſa cramenti. ¶ Papa aūt licet aliqñ diſpenſet ī preceptis diuinis, vt in votis, quorum redditio eſt de iure diui/no, non tamen poteſt diſpenſare in ſacramentis .ſ. vt qs non baptizetur vel confirmetur, vel non confiteatur. Et quod dictum eſt celationem confeſſionis eſſe de ne ceſſitate ſacri, non ſic intelligiť ꝙ ſit verum ſacrm̄, etiā ſi ipſa confeſſio non celareť, quia vtiq; eſſet ſacrm̄ etiā ſi ſacerdos reuelaret, ga nec ſic eſt de neceſſitate ꝙ de-tegat,

confeſſio aliquando reuelari, vt dixerunt quidam.

tegat, q̄ si non satisfaciat deus nō tegit, sed reuelat ad penam, aut si accedat fictus deus non tegit, & nihilominus sacerdos tenet celare. Sed dicit celatio cōfessionis de necessitate sacramēti, quia natura sacramēti necessitat eū ad celādū natura dico & quātū ad id quod est sacrm, quod fit in occulto solus cū solo, & quātum ad id quod est sacrm & res.s.pnia interior que etiā est occulta & quantū ad rem tantū, que est remissio peccatorū, per que tecta sunt pctā. ¶ Nota sm Pe. de palu. in.iiii.dist.xxi.q.iii. quia quod dicit Tho. q̄ occultatio cōfessionis est de essentia sacramēti, nō sic est intelligendū q̄ sit eius materia vel forma, sed q̄ est de essentia.i.natura eius obligatio ad occultationem, sicut si diceremus de essentia matrimōii est reddere debitū.i. obligatio ad ipsum, & de essentia leuis ferri sursum. ¶ Est autem peccatum mortale reuelare confessionem, quia est contra ius diuinum & positiuum, vnde & grauiter punitur ab ecclesia.

¶ Penitētia confessoris cōfessionem reuelātis.

Sacerdos Reuelans confessionem, de iure antiquo debet deponi, & toto tēpore vite sue ignominiosus peregrinari, de pe.dist.vi.c.sacerdos. Sed sm.c.ois de peni.& re. debet deponi & ad agēdam perpetuam pniam in monasterio arcto detrudi. Sed sm Hostie. faciet primā pniam certo tēpore, & exinde aliam. Sed hec pnia imponēda est, qn̄ quis in iudicio conuincitur de hoc, vel fatet de iure, nam alias in foro pnie, videt esse arbitraria sicut pro aliis peccatis. ¶ Quauis autē possit confessor de licētia penitentis manifestare eius pctm̄ alteri sm Tho. & Pet. vbi supra nō tn̄ debet vti licentia tali nisi ad euitādū aliquod malū. Tenetur tn̄ ille cui aliquid reuelatur de licentia penitētis, illud celare, nisi forte pctōr velit q̄ ille absolute & libere sciat. Licētia tn̄ quā dat penitens confessori de reuelatione

pcti quantuncûq; generalis, nô intelligitur nisi ad bonum confitêtis fm Pe.de pal. ¶ Sed nota fm eundê, q si iudex diceret alicui capto pro maleficio, da licentiam confessori q dicat, si tu es côfessus de hoc vel de illo, nô tenet dare, nec ex hoc côtra eû debet haberi suspitio de delicto, quia forte hoc facit ppter vitâdum scandalû. Sed & si daret lnîam, sic licêtiatus nô debet dicere pctm illud si est cômissum. ¶ Item si preciperet prelatus alicui confessori q diceret sibi pctm alicuius quod est oîno occultû, etiâ si confessus dedisset lnîam illi q diceret non tenet dicere neq; obedire vt reuelet illud, quia prelatus nô est iudex occultorû, immo etiâ si côfessus esset diffamatus de illo pctô, & per infamiâ perueniret illud ad cognitionem iudicis, quis ipse confessus interrogatus a iudice siue plato tenet se manifestare, tû confessor eius etiam habita lnîa ab eo dicêdi, non tenet dicere iudici sibi pcipiêti vt dicat si scit, nec debet dicere, quia fori nô sunt commiscêdi. s. penitêtialis & contêtiosus. Sed si côfessor scit pctm alicuius nô solû per confessione, sed etiâ per aliû modû, puta quia vidit vel audiuit, per talê & talem modû, potest dicere q illud vidit vel audiuit, dûmmodo nô dicat se scire illud per côfessionê. Nec refert vtrû prius p côfessionê audiuerit, & postea p aliû modû sciuerit, & ecôuerso. In quo casu. s. si prius sciuit pctm ante côfessionem, nô oportet q ptestetur se nô recipere illud in côfessione, quia sine protestatione potest dicere inquantû scit extra confessionê, nec tû debet hoc dicere sine magna causa & rônabili. ¶ Itê fm eundê Pe. cû confessio nô auferat confessori ius suum, nec conferat ei ius nouû in alio foro, qcqd videt confessori faciêdum vel ommittêdum pro bono ipsius côfitêtis vel pro bono côi, potest facere vel ommittere, dûmodo propter hoc non reuelet confessio ad quod solû obligat, licet alias illud

non esset facturus. Vnde si p confessionẽ prioris vel alterius, scit abbas ꝙ nõ expedit priori tenere monasteriũ, & sit talis qui alias ad libitũ põt amoueri, expectet quousq; sine nota reuelationis possit eũ amouere, & tunc statim amoueat. Cũ enim ex audiẽtia cõfessionis nõ obliget ad aliquid nisi ad celandũ, & si obligaret ad aliquid hoc esset ad medẽdũ aĩe penitẽtis, sicut medicus, absq; tñ reuelatione confessionis, ex quo aliquem in cura suscipit tenet sibi dare remediũ cõtra recidiuũ, & sic in ꝓposito, q̃ cito põt amouere, quẽ etiã sine hoc amouere poterat. Si aũt talis erat, qui nõ sine iusta causa amoueri poterat cũ audientia confessionis nullũ ius sibi p̄beat in alio foro in quo nõ constat sibi vt iudici, amoueri nõ potest. Idẽ Tho. ¶ Item quia p̄latus lniam intrandi ciuitatẽ siue villam subdito dare põt ad libitũ vel negare, licet alias nõ esset negaturus, ꝑpter periculũ quod ex sola confessione nouit, negare põt, dum tñ ex hoc suspitio non oriat. In occulto tñ, semper monere põt illũ qui confessus est, quia hoc non est reuelare confessionẽ. ¶ Similiter curatus, propter confessionẽ non põt negare cõionem confesso qñ eam dare alias teneẽ, vt in paschate, alias sic dicẽs. Tibi non teneor nũc dare & non obiiciẽs de crimine confesso, non ꝑpter hoc dicit reuelare confessionẽ. Sed si alicui conquerẽti contra suum parrochialẽ sacerdotẽ, quia non vult sibi dare eucharistiã, ipse sacerdos corã aliis diceret ꝙ hoc facit, quia habet peccatũ a quo nõ põt absoluere, & ipse non vult ire ad epm, hoc esset reuelare confessionẽ, q̃uis ipse nõ intẽderet hoc, quia grauitatẽ pc̃ti expressit. Hec Pe. dist. xxi. q. iii. ar. i. Et idẽ est cũ dicit se audiuisse quẽdã noiando eũ, & nõ absoluisse. ¶ Similiter de epo qui per confessionem nouit corruptionẽ monialis, que petit bñdictionẽ, quia aut est casus in quo teneẽ, & tunc negare non debet, quia

si per confessionē eiusdē sibi constat tñ sibi non cōstat vt iudici illo foro, in quo sicut ab ordinario, monaste/rium petit monialibus bñdictionem, & quelibet pro seipsa. Si aūt hoc scit per confessionem eius qui vidit, vel qui eā corrupit, non sufficiēter constat etiā si extra confessionē dicat, vnde negare nō debet. Si aūt aliter scit, nō teneṫ benedictionē impartiri, & potest sine re/uelatione confessionis negare. Potest confitēti negare sicut non confitēti. ❡ Et quod dictū est de bñdictio/ne monialiū. s. virginū, idē est de bñdictione abbatissa rum, vbi virgines cōiter bñdicūtur, ẜm quosdā qui di cūt ꝙ licet aliqua possit esse abbatissa vidua sicut Pau la mater Eustachi: Tñ absurdum eis videṫ ꝙ moniali bus bñdictis pōt abbatissa preesse carēs illa bñdictio/ne, sicut etiā ẜm iura, ꝓfessis non debet nouitia ꝑferri in abbatissam, immo nec ꝓfessa tacite non expresse, de cle. c. indēnitatibus in prin. lib. vi. Quia tñ quod non est prohibitū, concessum est, ideo videṫ ꝙ benedictio abbatissarū quarūcūqꝫ, nō reqrat virginitatē magisqꝫ abbatū, cū nō sit ita iure cautū sicut de bñdictione vir ginū. Pe. de pal. dist. xxi. ❡ Similiter, qa homo habet liberā electionē, licet per solā confessionē sciat aliquem indignū ad prelationē ad quā eligitur, quem alias pu/tabat dignū, nō debet eligere ex cōscia sibi sic dictāte, quia eligēdo scienter dignū vel indignū, negocium ge ritur inter ipsum & deum. Vnde potest etiā ex his que scit vt deus iudicare, ita & in proposito. Sed hoc bene putarē, ꝙ non pateret penas iuris, puta ꝙ esset priua/tus iure eligēdi, & a fructibus per triēnium suspensus, qui eligeret illū quem scit, vt deus indigum, sed nescit vt homo, quia de his que scit homo vt deus solū deū habet vltorem, nō hominē, & huiusmodi Pe. Quāuis autē dimidiando cōfessionem nō sit ibi sacrm, tenetur tamen sacerdos celare, quia pars est sacramenti Pe.

¶ Qui teneantur ad sigillum confessionis. §. viii.

Dicit Pet. de palu. dist. xxi. q. vbi supra ꝙ ad celandũ confessionẽ tenetur is ad quẽ cõfessio peruenit licite vel illicite mediate, vel immediate. Vnde & nõ sacerdos qui in casu necessitatis audit confessionem, de mortalibus & venialibus. Itẽ interpres, quem pro se penitẽs adhibet. Item qui casu audit: Itẽ cui de licẽtia confitẽtis reuelat. Item qui se confessorẽ fingit. Item qui latẽter abscõditus confessiones audit, quod est sacrilegiũ, & iniuriam facit sacramẽto. Itẽ cõfessor anteq̃ absoluat, & etiam quãdo non absoluit tenetur celare. Item nota ꝙ cũ quis recipit aliquid sub sigillo cõfessionis, q̃uis ei nõ fuerit cõfessus dicẽs, illud tñ debet ita secretũ tenere, ac si haberet in cõfessione nõ quidem rõne sacramẽti quod ibi nõ est, sed rõne promissi, si ꝓmisit illud sic celare. Hec ẜm Tho. distin. xxi. q. iii. ar. i. & Pe. de palu. Dicunt tñ Tho. & Pe. ꝙ homo nõ debet aliquid de facili recipere in confessione. Addit quoq; Pe. de pal. ꝙ qui tradit vel accipit in cõfessione aliquid quod nõ est cõfessio, videt̃ facere irreuerẽtiam sacramẽto, cũ nil sit eque celãdũ eo ꝙ scit̃ in cõfessiõe. ¶ Similiter cũ quis accipit ab aliquo cõsiliũ, recõmẽdans vt illud teneat secretũ, tenet̃ ad celandũ, & frangens quodlibet istorũ sigillorũ, siue secreti, siue cõfessionis, peccat mortaliter. ¶ Ea tñ que quis recipit sub sigillo cõfessionis & nõ in cõfessione, nõ plus obligãt q̃ si quis iuret tenere secretũ aliquid. ¶ Vnde cũ aliquis qñ iurat celare aliquod malũ, quod manifestãdo (cum alias nõ possit, impediri) illud malũ aufert̃; vt ꝓditio aliqua & hmõi, tenet̃ manifestare nõ obstante iuramẽto. xxii. q. iiii. c. Inter cetera. Ita & quod accipit sub sigillo confessionis & non in confessione.

¶ Ad que se extẽdat sigillũ confessionis. §. fina.

Dicit Tho. in.iiii.dist.xxi.q.iii.ꝙ directe non se extẽdit nisi ad illa que cadũt sub sacrali cõfessio ne. Indirecte aũt, nõ solũ se extẽdit ad ea que audiuit sub cõfessione vt pctã, sed oĩa alia per que possit pecca tor vel pctm̃ deprehẽdi, vt si diceret ꝙ nõ absolui eũ, vel talis (cuius impedimẽtum cognouit per confessio/ nẽ solũ) non est tali vxor. Nihilominus alia etiã que in cõfessione dicunt̃ nõ pertinẽtia ad cõfessionem, sum/ mopere sunt celãda, tũ ꝓpter scandalũ, tum ꝓpter pro nitatẽ que ex cõsuetudine sequit̃ ad dicendũ audita in cõfessione. Tho. vbi supra. ¶ Pe. de pal. melius prose/ quit̃ istã materiã dicẽs, ꝙ directe & principaliter pctã cõfessa & circunstãtie inquatũ hmõi, vnde & persona tertia cũ qua quis confitet̃ se peccasse, cadit sub sigillo cõfessionis, licet quidã hoc negẽt de ꝑsona cũ qua quis cõfitetur se peccasse, quod tñ ipse reprobat. Et qñ per locutionẽ de peccatis confessis põt deueniri per se, vel per accidẽs, directe vel indirecte, vel per quecũq; aliũ modũ in aliquã cognitionẽ, vel dubitationẽ, vel opi/ nationẽ, vel suspitionẽ de confessore, vel inquantũ per hoc põt ei euenire detrimẽtum in aĩa, siue in corpore siue in fama possessionibus, vel amicis, vel põt ꝑp hoc scãdalũ in ꝑplo generari, vel cõfessio magis odiosa, vel minus dilecta, vel magis onerosa, vel minus preciosa reputari debet cõfessor ab hmõi locutiõibus abstinere. Et quia raro vel nunq̃ põt contingere, quin ex reuela/ tione peccatorũ in confessione scitorũ, & nõ per aliam viam, possit sequi aliquod de ꝑdictis in cõueniẽtibus, quis forte quãdoq; nullũ contingat, debet multũ caue re ꝙ nõ dicat pctã audita in confessione, quãtunq; ge neraliter loquat̃, vel qũo dicat. Hec Pe. dist.xxi.q.iii. ¶ Et magister Vber. dicit. ꝙ cauendũ est, ne vnq̃ di/ cat quis, in sermone vel alia locutione, ego audiui hũc casum in cõfessione, nec vnq̃ etiã debet dicere, ꝙ in illa

abbatia, vel castro, vel villa vel ciuitate in quibus au/
diui confessiones, fiūt multa pctā & hmōi, quia ꝑpter
hoc credūt simplices ꝙ hoc sit reuelare confessionem,
ꝗuis non reueleť per talia verba fm Pe. nisi ex hmōi lo
cutione posset pctm̄ alicuius deprehēdi. ¶ Dicendo
aūt, iste est mihi cōfessus sua pctā non est reuelare, quia
nihil ponit in palā, quia si dixerimus, quia pctm̄ nō ha
bemus &c. sed dicēdo sibi fuisse confessum de magnis
& multis peccatis, hoc est reuelare confessionē fm Pe.
¶ Bona aūt alicuius opera que quis scit ex cōfessiōe,
puta qa est virgo, vel qa nunꝗ peccauit mortaliter &
hmōi, licet diceť, nisi qa ex hoc ꝙ vnꝰ laudať de hmōi,
quasi alterius pctm̄ reueleť, cū non laudať de eodē, qa
ꝙ de vno diciť de alio negať. dist. xxv. c. qualis. Vnde
si de duobus confitētibus dicit confessor de vno ꝙ est
virgo esset statim suspicio cōtra aliū, si idē nō diceret.
Hec Pe. de pa. ¶ Vnde & magister Vbertus dicit sim
pliciter abstinēdum ab hmōi locutionibus addēs etiā
ꝙ cōfessor debet caute, ne vnꝗ ꝑ aliquod genus pctī,
ostēdat confitēti minorē familiaritatem, vel signū mi/
noris dilectionis. ¶ Alia que dicuntur in confessione,
nec peccata, nec valentia ducere in manifestationem
confitentis, puta ꝙ in tali terra sunt bona vina, non
cadunt sub sigillo confessionis.

¶ Quid fiendum quando confessor indi/ get consilio super vno casu.

Nota etiā ꝙ qñ cōfessor indiget cōsilio alterius,
nisi habeat licētiā & cōfitēte de persona manife
stāda, debet loqui ita obscure & caute & a remotis, vt
nullo modo consulens vnꝗ possit imaginari de ꝑsona.
Vnde debet cōsiderare personā & tēpus idoneū. Nā si
quis audierit vnū clericū aduenientē, si cōfessor vadat
subito ad interrogādū de aliqua simonia & hmōi. nō/
ne satis ꝓbabiliter & q̄si violēter habebit ille suspicari

de illo clerico? & ideo in hmōi magna cautela est adhi béda. Quod si cōfessor nesciret vel nō posset casum ex primere super quo indiget consilio, quin ille consultor intelligeret personā, & illa non vult sciri, debet ire ad aliū pro cōsilio, q si aliū sufficiētem habere nō potest, non se intromittat. Vnde Pet. de pal. di. xxi. q. iii. dicit si non posset cōfiteri pctm̄, ppriū, nisi dicēdo aliquod pctm̄ per quod manifestat confessio alterius, nō debet illud cōfiteri etiā si esset mortale, qa sufficit tūc ɔtritio cū pposito confitēdi, qn̄ ipse habebit copiā talis sacerdotis, cui illud pctm̄ suū confitēdo, nō manifestet alterius cōfessio. Ratio est, qa fortior est obligatio ad cellādū, q̄ ad confitēdū. ¶ Si quis aūt reuelat in confessione debita sua & credita sua & huiusmodi, vtrū & quādo & an sacerdos possit alias reuelare, vide de hac materia plene in tertia parte sum. in. c. de confessione titu. xiiii. §. qui incipit decima.

¶ Explicit Tertia Pars de bonitate confessoris.

¶ Incipiunt. xxxvi. excōmunicationes reseruate sedi apostolice, tā a iure q̄ per pcessum, siue p extrauagantes, & breuiter recollecte. Deinde sequūtur excōmunicationes reseruate episcopis vniuscuiusq; diocesis.

De iniicientibus manus violētas vel temerarias i clericū, vel religiosum, vel monialē, vel alterā religiosam personā, papalis est absolutio si iniuria est enormis. Huius tn̄ declarationem vide in. iii. parte in tit. xxv. q. de excōicationibus. & xvii. q. iiii. c. si quis. suadēte diabolo in decretis. ¶ De incēdiariis ecclesiarū, vel aliorū locorū sacrorū, vel religiosorū, vel cimiteriorū. est papalis excōicatio postq̄ sunt denūtiati, sed per epm̄ possunt absolui ante denuntiationem, de hac vide in. c. conquesti. & in. c. tua nos. extra de sen. excom. ¶ De effractorib⁹ pdictorū locorū sacrorū q ēt postq̄

fuerint denũciati, est absolutio papalis, sed añ denũtiatione ẽpalis est absolutio extra de sen. excõ. c. cõquesti.
¶ De incendiariis aliorum locorum non sacrorum, de consulẽtibus aut fautoribus, q̃ tales non sunt excõicati aliquo iure cõmuni sed sunt excõicandi. Si tñ fuerint excõicati aliquo iure particulari, puta excõicatione synodali vel constitutione, vel ab homine, & si fuerũt denũtiati est casus papalis. extra de sen. exc. c. tua. ¶ De falsantibus lr̃as papales, vel falsis scienter vtentibus extra de crimine falsi. c. durante. ¶ De apponẽtibus manum ad corrigendum etiam minimã lr̃am vel punctũ minimum. in his literis exceptis his quibus est commissum, est papalis absolutio ẽm Host. p snĩam curie latã.
¶ De hereticis fingẽtibus nouam hersim vel iam damnatam sequentibus. xxiiii. q. i. c. i. & ii. extra de here. c. ad abolendum. & nunc est casus papalis p extrauagã: Martini. v. vt patet in processu ipsius annuali, vide in i. parte. in. c. de here. ¶ De scismaticis, & precipue de sequenitbus scisma Petri de luna. & successorum & fautorũ ipsius scismatis, est papalis absolutio per pcessum curie. ¶ De credentibus, receptatoribus, defensoribus & fautoribus hereticorũ, est papalis absolutio, & q̃o intelligãtur ista noĩa, vide in. iii. parte sum. tit. xxv. de excõicationibus. ¶ De cõmittẽtibus symoniã siue p ordinibus, siue p beneficiis, vel p̃laturis ecclesiasticis, vel pro ingressu in religionẽ, vel pro aliis spũalibus, est absolutio papalis per extrauagãtem Martini. v. Vide de hac. in. ii. p. sum. tit. de symonia. ¶ De facientibus pactum. vel promissionem vel recepientibus ex pacto vel promissione occulta vel manifesta aliquid etiã paruum pro aliqua iustitia vel gratia pro alio vel p se in causis iudicialibus, seu pro lr̃is obtinẽdis ab apostolica sede, ẽ papalis absolutio p extrauagãtẽ Bonifacii. viii.
¶ De scienter vtentibus talibus gratiis vel lr̃is sic ob

tēris, est absolutio papalis p extrauagantē Bonifacii.
¶De piratis & quibuscūqȝ aliis in mari depredantibus, est papalis absolutio per processum curie. ¶De impedientibus, depredantibus, vel inuadentibus adducentes victualia seu alia ad vsum romane curie necessaria, vel ne talia deferant aut adducāt ad curiam & de defendētibus talia faciētes, ē absolutio papalis per processum curie. ¶De capientibus, detinentibus, depredantibus romi petas & peregrinos ad vrbem romam accedentes tam causa deuotionis quam peregrinationis, & silr in ea morantes & recedētes ad ipsa, est absolutio papalis p processum anualē qui fit in curia.
¶Et simpliciter de dantibus consilium & fauorē ad talia supradicta faciendum, est papalis absolutio p processum. ¶De portantibus arma equos & alia necessaria ad impugnandū christianos vel trāsmittētibus, seu galeas & naues vendentibus, vel in piraticis sarracenorum nauibus gubernationem exercentibus, vel dantibus auxilium consilium & fauorem in dispendium terre sancte extra de iudeis.c.ad liberandam, & est casus papalis p extrauagantē Clemētis, & p pcessum curie.
¶De portantibus etiam victualia & alia quecumqȝ mercimonia in Alexandriā vel in alia loca sarracenorū terre egypti, vel mittentibus ipsa vel de suis portubus vt eis deferanē extrahentibus, vel extrahi permittentibus aut dantibus auxilium & fauorem & est papalis p pcessum curie. Nota tñ sicut Veneti i hoc hñt lniam in ii.p.iii.tit.xxv.c.xxx. ¶De portātibus predicta, vel aliquo mō predictorum, & ad hoc operātibus ad oēs terras soldanos subiectas est papalis absolutio p extrauagātem Clem. ¶De eūtibus ad terram sanctā etiam causa deuotionis seu voti sine lnia sedis apostolice & est absolutio papalis, prout reperitur in libro penitentiarie summi penitentiarii, qui & ipse hoc potest.

❡De insecutoribus cardinalium hostiliter, & excõica tio papalis, p.c. felicis. de penis. lib. vi. ❡De bannien tibus epos, vel capientibus, & insecutoribus, vel hoc fieri mandantibus, aut facta ab aliis rata habentibus, vel in his dantibus consilium & fauorem, vel scienter tales defendentibus est papalis absolutio, p.c. si qs. de penis. in cle. ❡De exenterantibus, vel in frusta conci-dentibus seu decoquere vel incidere, aut ossa de carni-bus euellere presumẽtibus cuiuscũqꝫ defuncti, & ei⁹ os sa ad partes alias deferant, est papalis absolutio, per ex trauagantẽ Bonifacii. ❡De occupantibus, vel detinẽ tibus, vel hostiliter discurrẽtib⁹ p se vel p aliũ directe vel indirecte sub quocũqꝫ titulo vel colore ciuitates, terras loca, vel iura ad romanam ecclesiam ptinẽtia, & adherentibus, fautoribus ac defensoribus eorũ, est ab-solutio papalis per processum curie. ❡De his qui oc-casione snie excõicationis, suspẽsionis, vel interdicti late dant sniam eos grauãdi, qui eam tulerunt, vel suos in personis, rebus, vel bonis illorum quorũ occasione late sunt, vel qui eos obseruant. vel qui taliter excõica tis cõicare volunt nisi licẽtiã ipsam integre reuocent. ❡Similiter qui dicta snia vsi fuerint, vel etiam sine li centia hoc fecerint suo motu excõicationem incurrũt in qua si permanserint per duos menses, est papalis ab solutio. Vide de hac in capit. de dominus in. ii. parte tertie. tit. xxv. c. xxiiii. ❡De his qui cogũt aliquem ce lebrare in loco interdicto, vel ad audiendum diuina conuocant excommunicatos, vel interdictos, vel prohibent eis ne moniti exeant, & de his qui moniti non exeunt cle. c. grauis. de sen. excõ. ❡De his qui im ponunt in terris suis noua pedagia vel augẽt antiqua, & est excomunicatio papalis per processum curie. ❡De laicis recipientibus in romana curia lr̃as dñi pa pe de manu alicuius, nisi de manu domini pape, vel

bullatorum, vel nuntii non recipientes de manu pre/dictorum incidunt in eadem.

¶ Excomunicationes papales concernen/tes religiosos religiosasq̧.

DE clericis & religiosis inducentibus ad vouēdū, iurandum, vel promittendum de eligendo apud eos sepulturam, vel vt eam vlterius non mutent iā ele/ctam, excōicatio est papalis per cle. cupientes de pen. ¶ De religiosis qui absq̧ speciali lnia proprii sacerdotis solemnizarent matrimonia, aut ministrarent sacrm eucharistie, vel extreme vnctionis, est excōicatio papalis. extra de priui. religiosorum in cle. ¶ De religiosis qui excōicatos a canone absoluunt a casibus non con/cessis, aut qui absoluunt a sententiis per statuta syno/dalia vel prouincialia promulgata aut absoluunt a pena & a culpa, ē excōicatio papalis. per clemen. i. d pri. ¶ De inquisitoribus hereticorū, qui odio, gratia, vel lucro, & amore contra iustitiā & ɔsciam omiserint cō/tra quēpiam procedere, vel ipsam heresim alicui imponerent, ꝙ impedirent officium suū, est excomunicatio papalis. per clemen. multorum. de here. ¶ De mendi/cantibus professis qui transeunt ad aliquam religionē monachalem excepto ordine Cartusiensiū & recipientibus talem scienter, est excōicatio papalis per cōstitu/tionem Martini factā cōstantie. ¶ De clericis sciēter & sponte cōmunicātibus excōicatis a papa in diuinis est excōicatio papalis ꝯm Hostien. ¶ Ista excomuni/catio tū habet dubiū extra de sen. excō. c. significasti. ¶ De participātib⁹ in crimine pp quod aliquis est ex/cōicatus aliqua predictarum excōicationum, est excōicatio papalis. per. c. si concubine. extra de sen. excōmu. ¶ De his qui absoluūtur ab aliqua predictarum excōicationum citra sedē apostolicam, preterquam in articulo mortis, qui taliter absoluuntur si non repētant se ꝙ

citius pñt ei a quo possunt absolui, vel mittãt pro ab/solutione, reincidũt in eandem.s.papalem excommũicationem.per.c.eos.de sen.ex.lib.vi.

¶ Excõicationes epĩs ex iure reseruate.

DE verberãtibus clericos, religiosos, vel mõiales, seu talibus manus violentas iniicientibus seu temerarias, est epãlis excommunicatio si fiat leuis iniuria talibus.per.c.peruenit.extra de sen.excõ. ¶ De his qui innituntur ordinationibus seu alienationibus a scismaticis factis, est episcopalis.per.c.extra de scisma. ¶ De his qui vsurpant de nouo vacantium ecclesiarum, monasteriorum vel aliorum priorum locorum custodiam, seu guardiam, titulum aduocationis seu defensionis que proprie sunt nomina patronatus, vel ipsorum locorum vacantium bona occupãt, vel regalia.i. collectam, que fit ratione regis vel imperatorum, seu tributum regi debitum.vt.c.generali. de elec.lib.vi. ¶ De clericis vel monachis ipsorum locorum vacantium qui hoc fieri procurant, & hec excõicatio cũ priori habet, excõicatio est epãlis.p.c.generali.de ele.in.vi. ¶ De his qui ab ecclesiis & vel personis ecclesiasticis p se vel per alium suo nomine vel alieno pro personis vel rebus q̃s non causa negotiationis deferunt vel deferri faciunt seu trasmittunt, exigunt aliquod pedagium vel guidagiũ, excõicatio epãlis.p.c.q̃q̃.de censi lib.vi. ¶ De his qui fecerunt statuta contra libertatem ecclesie & qui scripserunt ea qui sunt ptãtes consules rectores & consiliarii locorum vbi dicta statuta seu etiã cõsuetudines edite sunt vel seruate & qui seruare ea fecerint, & ẽm ea iudicauerint, & vel q in publicã formam redegerint iudicata, est excõicatio epãlis.ip.c.nouerit. extra de sentẽ.excõ. ¶ De rectoribus ciuitatum faciẽtibus exactiones indebitas clericis religiosis, vel ecclesiis eorum si postquam fuerint moniti nõ desistant, est

epalis excõicatio p.c.non minus.extra de immu.eccle. &c.c.aduersum consules. ¶ De his qui absolutionem ab aliqua excommunicatione vel reuocatione, eius su spensionis vel interdicti extorquẽt per vim, vel per me tum, neq; valet absolutio, sed incurrunt nouam excõi/cationem, est epalis excõicatio.per.c.i.de his q̃ vi me/tu siue causa fiunt.li.vi. ¶ De his qui per assassinos.i. quosdam ĩfideles qui ex falsis suis opinionibus de faci li mittebantur ad occidendum christianos &qui inter fici fecerint, vel mandauerint aliquem christianũ, etiã si mors non fuerit subsecuta, & de receptatoribus& de fensoribus & occultatoribus eorum, est excõicatio epa lis per.c.pro humani de homici.lib.vi. ¶ De potesta/tibus, capitaneis, rectoribus cõsulibus, iudicibus, con siliariis, & aliis officialibus qui statuta fatiunt, scribũt vel dictant, per que quis compellat̃ soluere vsuras vel solutas non repetere, est epalis exõicatio in clemen.ex graui de vsuris. ¶ De his q occasione snie excõicatio nis vel interdicti late, dant licentiam grauandi illos qui tulerunt eas, vel suos in personis vel rebus. Hic tñ casus est epalis vsq; ad duos mẽses ab ĩcursione snie, ab inde vero est papalis excõicatio.p.c.qcũq;.de sen.ex. lib.vi. ¶ De his qui iudicãt ẜm statuta edita ĩ fauorẽ vsurariorum, & qui hñt super hoc potestatem, nisi sta/tuta ipsa deleuerint, aut si ea permiserint obseruari.ex/tra de vsur.c.ex graui.in clementinis. Vñ illi qui faciũt capitula cum iudeis, vt dñi in cõitates & continentia ꝙ possint fenerari, & quod non possint repeti in iudi/cio vsure extorte ab eis & hmõi videntur incidere in hanc excõicationem, & dñi qui ea faciunt & ciues qui consuluunt.in.c.ex graui de vsur. ¶ De his qui conce dunt represalias contra personas ecclesiasticas speciali ter aut generaliter, ẽ epalis excõicatio.p.c.& si pigno rationes de iniur.& dam.da.lib.vi. ¶ De rectoribus

secularibus, vel quibuscunq; officialibus eorũ, qui cognoscerent de crimine heresis, aut captos liberarẽt, vel diocesanorum, vel inquisitorum officium impedirent, est episcopalis per.c.vt inquisitionis.de here.li.vi. ¶ De his qui scienter contrahunt matrimonia in casibus nõ concessis & prohibitis, cõsanguinitatis & affinitatis, & de contrahentibus cum monialibus, est epalis, vt in cle.c.eos de consan.& affini. ¶ De dñis temporalibus qui subditis interdicunt, ne prelatis vel personis ecclesiasticis quicq̃ vendant, vel emant ab eis, b'adum molant panem coquant, & hmõi obsequia exhibere psumant, est epalis excõicatio, per.c. eos de imuni.eccle. lib.vi. ¶ De his qui impediunt quin coram iudicibus ecclesiasticis vel legatis, vel ordinariis, in causis que ad eos pertinent, illi qui conqueruntur iustitiã possint obtinere, excõicatio est epalis.p.c.qm̃.de imu.ec.lib.vi. ¶ De his q cõpellunt impetratores litterarum apostolicarũ, vel alios recurrentes ad forum ecclesiasticum in causis que de iure vel antiqua consuetudine ad ipsum pertinent, vel ad desistendum vel litigandum de eis in foro suo seculari, grauãdo iudices ecclesiasticos, vel impetrantes seu litigantes, seu volentes coram eis litigagare vel grauando ꝓpinquos eorum, vel capientes res vel ecclesias taliũ, vel quocunq; alio modo, vt in d.c. qm̃.est epalis.& similiter de dantibus consilium & fauorem, & auxilium ad oia predicta in duobus.§.precedentibus. ¶ De his qui prelatos capitula, seu alias personas ecclesiasticas compellunt ad submittẽdum laicis, vel ad alienãdum bona immobilia seu iura ecclesiarum, & similiter laici qui vsurpart sibi illicite hmõi, & si nõ destiterint postq̃ fuerint admoniti, est episcopalis excõmunicatio per.c.hoc.consultissimo.de re.eccle. nõ alie.lib.vi. ¶ De his q fingunt fraudulẽter aliquẽ casum per quem aliquis iudex mittat ad aliquam mu

lierem ꝑ testimonio, est excõicatio epalis. per. c. mulie-
res. de iudi. lib. vi. ¶ De his qui vocant ad dirigẽdas
moniales in electionibus, nisi abstineãt ab his per quẽ
possit discordia nutriri, est excõicatio epalibus. per. c.
indẽnitatibus, de elec. lib. vi. ¶ De his qui grauãt cle-
ricos vel alias psonas ecclesiasticas ad quas spectat ali-
qua electio, pro eo ꝙ rogati seu alias inducti, eum ꝑ
quo rogabant seu inducebant noluerũt eligere. vel cõ-
sanguineos eorũ, aut ipsas ecclesias seu loca beneficiis
seu aliis bonis spoliando, seu alias iniuste persequendo
c. sciant. de electi o. in. vi. & est epaliũ excõmunicatio.
¶ De his qui loquunt secrete, vel mittunt scripturas,
vel nuntium alicui cardinali quando sunt reclusi occa-
sione electionis pape, est epalis excõicatio p. c. vbi pe-
riculũ. extra de elec. lib. vi. ¶ De dominis & rectori-
bus & officialibus, qui imminente dicta electione nõ
seruant ipsam constitutionem per. c. vbi periculum.
¶ De his q pcurãt ꝙ cõseruatores dati eis intromit-
tãt de his q̃ nõ licet. i. de aliis q̃ de manifestis iniuriis
& violentiis, est excõicatio epalis, p. c. statuimus de
offi. deleg. lib. vi. ¶ De dominis rectoribus ad regi-
men vrbis Rome & electis & fautoribus, q fecerint cõ-
tra constitutionẽ sup hoc factam, est episcopalis excõi-
catio p. c. fundamẽta. de elec. lib. vi. ¶ De electis ma-
gistris, doctoribus, vel scholaribus tractantibus cũ ali-
quo ciue Bononiensi de conducẽdo hospitiũ irrequisi-
sitis inquilinis, nisi tempus conductionis fuerit elap-
sum, est epalis excommunicatio p. c. ex rescripto. extra
de locato. ¶ De doctoribus seu magistris qui sciẽter
illos religiosos qui dimiserunt habitum docent lras. s.
legem vel physicam, est excõicatio epalis. p. c. vt picu-
losa. nec cleri. vel mo. lib. vi. ¶ De dominis vel recto-
ribus epalib us qui non fecerint obseruari ea q̃ statuun-
tur contra insecutores cardinalium seu alicuius de fa-
milia

milia eorum vel pape, est excomunicatio epalis per.c. felicis, de pe.lib.vi. ¶ De his qui impediũt visitatores monialiũ vel canonicorũ, si moniti nõ desistant, est epalis excõicatio per cle.attendentes, de statu mona. ¶ De impugnãtibus literas pape ante incoronationẽ eius, & est Benedicti pape.xi. ¶ De quibusdam mulieribus que beghine dicunt & de religiosis fauẽtibus eis in illo statu, & erant iste certũ habitum assumentes nulli obediẽtiam pmittentes nec renunciãtes pprijs, nec regulã habẽtes, licet quibusdam religiosis spũaliter inhereant, de here.c.ad nostrã.in cle. Nec intelliguntur sub hoc nomine ille que etiã beghine vel vestite dicuntur de pnia beati Dominici, vt patet in declaratione Io.xxii. & idem dicit de tertio ordine beati Francisci, immo ex illa cle.videntur dici beghine, ille excõicate que habẽt illos errores ibi positos, qui cũ sapiant heresim est hodie forte casus papalis & est contra tales beghinas. ¶ De his qui absoluti ab excõicatione in articulo mortis, vel pptet aliud impedimẽtum nõ representant se q̃ citius cõmode possunt ei a quo debeãt absolui, quia reincidũt in eandẽ, de sen.excõ.lib.vi.c.eos qui a snia. ¶ De participãtibus cũ excõicato in crimine pptet quod est excõicatus, dãdo ei consiliũ & fauorem.c.si cõcubine.extra de sen.excõ. ¶ De his qui absoluunt a sede apostolica vel legatis & iniungit eis q se representent ordinariis vel aliis susceptuti pniam & passis iniuriã seu alias obligati eis quibus sciẽtet satisfaciant, si hoc nõ faciunt cũ primũ cõmode potuerũt, vel nõ curauerint adimplere reincidũt in eãdẽ sniam, vt patet in.d.c.eos. ¶ De his qui cõtumaciter asserũt romanã ecclesiã non esse caput oĩum ecclesiarũ, nec ei tanq̃ capiti esse obediẽdum, dist.xix.c.nulli fas. ¶ De his qui sepeliũt corpora in cimiteriis tẽpore interdicti in casibus non concessis in iure, in cle, ca. eos de sepul.

Beghinae quenam sint illegen. lq.

¶ De his qui excōicatos publice, aut nominatim in/terdictos, vel vsurarios manifestos sciēter sepeliūt in ci miteriis. i de sepul. dcā. cle. c. i. eos qui. ¶ De clericis q manifestis vsurariis ad exercendū fenus domos locāt, vel alio titulo concedūt, est excōicatio epalis, p. c. vsu/rarū de vsu. lib. vi. ¶ De quo qui nō est electus a dua/bus partibus cardinaliū & se gerit pro papa. c. licet ex tra de cle. ¶ De monachis & canonicis regularibus, archidiaconis, decanis, ꝑpositis, plebanis, cantoribus, & aliis clericis ꝑsonarū habētibus, aut etiā quibuscūq; presbyteris qui audiūt leges vel physicā, est epalis ex/cōmunicatio. p. c. nō magnopere. extra ne cleri. vel mo na. ¶ De religiosis qui temerarie vbicunq; habitū sue religionis dimittunt, excōicatio est epalis. p. c. vt peri culosa. ne cle. vel mo. li. vi. ¶ De religiosis qui accidūt ad studia nisi a suo prelato cū cōsilio maioris partis cō uentus lnia sibi sit concessa in. d. c. vt periculosa. lib. vi. ¶ De religiosis qui decimas debitas ecclesiis sibi ap/propriant vel vsurpant, siue qui nō permittūt solui ec/clesiis decimas de aīalibus familiariū, & pastorū suorū vel aliorū immiscētium ipsa aīalia egregibus eorū, ta/les si nō habent administrationes & beneficia sunt ex/cōmunicati, si habēt sunt suspēsi nisi reqsiti destiterint infra mēsem. in cle. c. religiosi. de deci. & est epalis ex/cōmunicatio. ¶ De monachis & canonicis regulari/bus non habētibus aliquā administrationem, qui se cō ferunt ad curias principiū sine lnia suorū prelatorū, vt dānum aliquod inferant suis prelatis aut monasteriis, qui sine lnia arma tenent infra septa monasterii, est epa lis excommunicatio. p. cle. c. ne in agro. de statu mona. ¶ De religiosis vel monialibus ꝓfessis. & cle. in sacris ordinibus constitutis, qui cōtrahunt matrimoniū, de facto est excōicatio epalis. cle. eos. de consang. & affi. ¶ De inquisitoribus hereticorum qui pretextu officii

inquisitionis quibusuis modis illicite pecuniā extor/quent, vel scienter bona ecclesiarū ob delicta clericorū fisco ecclesie applicāt, nec possunt absolui, nisi qbus extorserint plene satisfecerint de pecūia sic exorta est epā lis excōicatio. in cle. c. nolētes. de hereti. ¶ De religiosis qui nō seruāt interdictū quod seruat matris ecclesie siue cathedralis, vt in cle. c. ex frequētibus. de sen. excō. ¶ De religiosis qui cōfitētibus sibi nō faciūt cōsciam sciētes de decimis soluēdis, tales ab officio pdicationis sunt suspēsi. donec cōmode possint, faciāt eis cōsciam, & si interim pdicāt, sunt excōicati epali excōicatione, & similiter de religiosis qui dicunt aliqua verba vt re trabāt audiētes a solutione decimarū, est epalis excōi/catio. p. cle. c. cupiētes. de penis. ¶ De religiosis mēdicantibus qui domos ad habitādum vel loca de nouo recipiūt, aut de nouo recepta mutāt, vel alienant. c. f. de excel. pla. lib. vi. ¶ De fratribus minoribus qui tē/pore interdicti, recipiūt ad diuina, fratres vel sorores de tertio ordine sancti Frācisci, est epalis excōicatio. c. cū ex eo. de sen. excō. in cle. ¶ Ingrediētes monaste/ria monaliū ordinis pdicatorū extra casus necessarios qui declarātur in constitutionibus suis, puta ad dādā sacramēta infirmis, ad medēdum eis, ad reparādū edi/ficia, & hmōi non habita lnia a Papa, vel a magistro ordinis sunt excōicati, nec possunt absolui nisi a pa/pa vel a magistro ordinis vel ab alio cui fuerit cōcessa talis absolutio, vt patet in bulla ipsius ordinis, cuius bulle transumptū vidi ego. ¶ Ingrediētes monasteria monialiū ordinis minorū extra casus necessarios con/cessos in constitutionibus suis sibe lnia pape vel mini/stri, ordinis excōicationem diocesanis reseruatā incur/runt. prout audiui a quibusdam fide dignis. ¶ Nota q ab excōicationibus que fiūt ab homine siue a iudi/ce, regulariter nō potest quis absolui nisi a suo excōica:

tore vel ab habēte plenariā iurisditionē sup eū a supe/
riori suo, nisi in articulo mortis. Itē nota ꝙ fratres pre
dicatores & volētes ingredi eorū religionem possunt
absolui a prelatis ipsius ordinis, a sentētiis excōicatio
nis, suspēsionis, & iterdicti latis ab homine vel a iure.
saltem ab illis quorum absolutio reseruatur episcopo.
¶ De materia oīum supradictarū excōicationū tam
pōtifici summo q̄ epis vniuscuiusq; diocesis reseruata/
rū, tam a iure q̄ per extrauagātes & pcessus curie, vide
plenius & clarius ac diffusius si vis videre in titu. xxv.
de cēsuris ecclesiasticis in tertia parte summe, siue cōpi
late per me fratrem Antoniū archiepm florentinū. Et
sic est finis oīum casuū tam summo pōtifici q̄ epis reser
uatorū. ¶ Itē notandū ꝙ sunt due species excōicatio
nis. s. maioris & minoris, Excōicatio maior semper est
pctm̄ mortale, & talis primo est separatus a deo, ideo
non pōt cōicare pro aliqua vtilitate anime sue. Secun
do est separatus a sancta ecclesia. i. a cōmunione & par
ticipatione fideliū exceptis his casibus qui supra in ter
tia parte summe tit. xxv. specificati sunt. Et sunt quiq;
in quibus ipse excōicatus non pōt participare q conti
nent̄ in hoc versu. Pro delictis anathema quis efficiat̄.
Os orare vale cōio mēsa negat̄. ¶ Qui sic intelligunt̄.
Os. i. locutio. Orare. i. oratio cū aliis in ecclesia. Cōmu
nio. i. cōicatio sacramētorū. Vale. i. salutatio. Mēsa. i. ci
bus & potus. ¶ Excōicatio vero minor aliqū est mor
tale pctm̄, aliqū veniale. Sed anteq̄ dicat̄ qū sit morta
le vel veniale. ¶ Nota prius ꝙ nouē modis hō pōt in
currere excōicatione minorē. ¶ Primo qū quis partici
pat cū excōicato excōicationem maiori aliquo illorū
modorū superius dictorū. ¶ Secūdo qū quis cōmit/
tit sacrilegiū, sicut qui furat̄ in ecclesia, vel in ea illicitū
qd facit. ¶ Tertio qū qs est publicus ꝯcubinarius vel
fornicator. ¶ Quarto qū quis acceptat aliquā ecclesiā

a laico & illā sic tenet, vt.xvi.q.vii.c.siquis deinceps. ¶ Quinto qñ quis est simoniacus qui est etiā cōicatus excōicatione maiori. ¶ Sexto ꝯm quosdā cum in bello iniusto cōtra xpianos exercet qs artem balistarū aut sagittarū. ¶ Septimo oppressores inopū, & pauperū, publici predones, publici vsurarii, meretrices, qui oēs largo modo loquēdo possunt dici excōicati ꝓ quāto taliū oblatiōes nō debēt admitti ad altare sanctū dñi. ¶ Octauo illorū quibus denegat̃ ecclesiastica sepultura sicut sunt illi qui moriunt̃ in torneamētis, qui dato ꝙ penitētes moriant̃ non ponunt̃ in cimiterio. Similiter etiā dicit̃ de illis qui nō cōicant semel in anno sine necessitate & causa, vt.c.oīs.de pe.& re. ¶ Nono publici pctōres. Oēs aūt casus supradictos ponit Inno. Ray.& Hostien. & in quolibet ṗdictorū casuum pōt absoluere simplex sacerdos eṗs ṗter q̄ forte in simonia & excōicatiōe maiori. In primo ergo casu.s.in participatione cū excōicatis maiori excōicatione pōt homo peccare mortaliter & venialiter. Mortaliter tripliciter. ¶ Primo qñ participat ī eodē crimine ꝓpter quod ipse est excōicat⁹, dādo ꝯsiliū, axiliū, & fauorē rōne cui⁹ pctm̄ cōmittit̃. ¶ Secūdo qñ participat cū excōicato in aliquo alio crimine mortali ab illo pp quod ipse est excōicatus. Sed in primo casu notā ꝙ participans cū excōicato in eodē crimine, vt dictū est, incurrit excōicationem maiorē, sed in secūdo modo cadit tantū in minorē excommunicationem etiā si mortaliter peccat. ¶ Tertio qñ cōicaret cum excōicato maiori excōicatione in sacramētis, puta accipere corpus xpi cū eo vel sacros ordines, incurrit excōicatione minorem, peccat tñ mortaliter. In aliis aūt casib⁹ supradictis, nō peccat quis participiādo cū excōicatis, nisi pro quāto aliquis in contēptu ṗcepti, & ꝓhibitionis facte audacter cū excōicato & ad libitū conuersat̃, aut ī salutādo, vel

In comedendo, aut in loquendo sine necessitate, aut in orãdo vel cõicando. ¶ Sed nota q̃ sacerdos recipiẽs aliquem excõicatũ maiori excõicatione ad offiñ ecclesie, aut ad sacramẽta, aut ad ecclesiasticã sepulturã non solũ mortaliter peccat, sed subito est suspẽsus ab administratione & sibi est interdictus ĩtroitus ecclesie quousq; sit absolutus & efficitur quasi irregularis. Et si talis ter interdictus moriat̃ nõ debet poni in cimiterio, nec debet ꝓpter timorẽ sacerdos desistere quin talẽ excõicatum expellat de ecclesia, quia non excusatur, rõne timoris, nisi talis esset timor qui posset cadere in constãtem virũ, tunc enim ẜm quosdã excusat̃ ab interdicto. ¶ Hostien. autẽ dicit q̃ beatus erit talis sacerdos si se preparet ad martyriũ. ¶ Nota igit̃ quomodo habuimus q̃ in nouem casibus homo cadit in excõicationem minorem rõne cuius separatus est ab effectu sacramẽtorũ & quantũ ad deũ. Nam pc̃m̃ mortale animã separat a deo, & excõicatus quomodocunq; est in peccato mortali, preterq̃ participando cum excõicato maiori excõicatione in loquẽqo salutãdo & orando cõmunicãdo, & comedẽdo, in quibus casibus ẜm Tho. in. iiii. dist. xviii. q. ii. arti. iiii. Homo nõ peccat mortaliter nisi ꝓpter contemptũ dato q̃ excõicationem incurrat, ideo qui est in pc̃õ mortali quomodocunq; aliter est excõicatus, etiam quantũ ad ecclesiam est separatus ab effectu. i. a gratia & sacramentis quia nullus qui est in peccato mortali, cũ sit indispositus potest cõsequi gratiam spiritussancti. Potest tñ intrare ecclesiam stare in officio diuino, & etiã cum aliis in aliis participare, sed non potest pacem in ecclesia recipere, cũ pax ipsa sit loco cõionis, sed hec oĩa plenius habẽtur in decretis, & decretalibus, & in summis, ideo cũ expedit videre querere diligẽtius ĩ ipsis. ¶ Postq̃ ille qui vult cõfiteri dixit ex se ea que voluit de pc̃tis suis, si nõ dixit sufficiẽter,


quod quasi semper accidit interrogandus est plene de his que nō dixit prout videbitur fore expediēs. Si vero modicū vel minus dixit, potes interrogare ẜm ordinem infra positū, videlicet primo de decem preceptis, postea de vitiis capitalibus, nō autē oēs de oībus, sed de illis que solent in talibus reperiri, & nō solū de istis peccatis interrogādi sunt, sed etiā de oībus circunstantiis pctōrū prout supra satis ostēsum est. Non tñ est necesse de quolibet peccato mortali oēs circūstantias predictas cōfiteri, sed solū illas que trahūt peccatū in aliā speciē que. s. habet specialem deformitatem oppositam alicui preceptorū. Sed & de numero peccatorū mortaliū. s. quotiens mortale peccatū commissum est in qualibet peccatorū specie, diligenter interrogandū est.

¶ Incipit prima pars de modo interrogandi penitentes a confessores ẜm decem precepta legis.

¶ Primum preceptum continet tria Cap.

¶ Vnum cole Deum. Circa hoc primum preceptum sic potest interrogare, & primo de votis.

¶ De votis. Capitulum Primum.



Ota secundum magistrū sentētiarum in. iiii. disti. xvii. ꝙ votū est testificatio quedam promissionis spontanee: que fit deo, & de his que dei sunt, & fieri debet. Vel breui⁹ ẜm Th. ẜa ẜe. q. lxxxviii. ar. i. Votū est ꝑmissio deo facta de aliquo quod sit Deo acceptū ad quod requiruntur tria. s. deliberatio voluntatis, propositum, & promissio. Vltimū oritur ex secūdo, secūdū ex primo.

¶ Si transgressus est seu omisit implere aliquod votū licitū, & si aduertenter cū posset est semper mortale, &

toties quoties frangit. Secus si ex obliuione, vel quia non poterat, vt infirmus ieiunare & huiusmodi. ¶ Si vouit se aliquid mali facturum vt vindictam, vel maioris boni impeditiuum, vt non ingredi religionem, hoc est mortale, sine aliqua dispensatione debet illud infringere. ¶ Si nimis tardauit implere ꝓpter quod a memoria excidit omnino vel venit ad statū non valendi implere, cum prius potuisset, mortale videtur. Idem quando dimisit propositum implendi cum tamen posset, alias mora implendi votum quando sibi non prefixit tēpus non videtur mortale, nisi mora esset valde nimia, & nisi ex hoc ei immineret periculum non valendi implere, vt de voto ingrediendi religionem, cum tamen non haberet causam legitimā cogentem dilationis, tunc etiam est mortale. ¶ Si fecit votum de re licita, vt de eleemosyna, ieiunio & huiusmodi, sed ob malum finem, puta vt possit facere vindictam, adulterium, & huiusmodi, mortale peccatum est, nec tenetur illud implere. ¶ Si fecit uotum abstinentie & huiusmodi, & dubitat utrum possit implere uel non, & sine dispensatione uel commutatione superioris cum possit faciliter recurrere ad eum, uel ad confessorem suum pro consilio frangit, mortale uidetur. ¶ Nota tamen ꝙ uiri possunt irritare uota uxorum scilicet abstinentie, peregrinationis, eleemosyne, & accessus ad talem locum, & maxime uotum eleemosynarum si non habent nisi dotem, absq; alia superiorū dispositiōe, & si fiat talis irritatio etiā sine causa rationabili a uiro ammodo nō tenet̄ uxor implere talia uota. ¶ Dubiū est de uoto hierosolymitano, qa hoc ī fauorē fidei emittit̄. De irritatione uotorū impuberū & filiorū familias & religiosorū, uide ī secūda parte sūme. ti. xi. c. ii. §. vi. ¶ Si habēs votū castitatis vel religionē intrādi, & matrimoniū cōtraxit, mortale est, & nō

pōt cōsumare illud absq; mortali peccato, quia adhuc pōt illud implere, & debet ante consumationem matrimonii. Post consumationem vero reddere tenet debitum etiā interpretatiue petenti. Sed exigendo semper peccat mortaliter. Vnde consulendum esset ei petere super hoc dispēsationem a papa. sed s̄m Guil. posset etiā ep̄s dispensare nisi esset talis continens & obseruans ipsum. Si fecit votum stultum & irrationabile, vt ieiunare dn̄ica die, vel non pectinare caput, vel lauare in sabbato, & huiusmodi mortale non est sed prohibendus est illud implere.

¶ De transgressione voti.

¶ Et nota q̄ a trāsgressione votorū pōt de iure cōi & consuetudine confessor absoluere, quia non est de casibus reseruatis. Sed de dispēsatione & cōmutatione votorum, non pōt se intromettere sine speciali commissione diocesanorū, vel alterius qui possit illā dare. Episcopi aūt in oibus possunt cōmutare vel dispensare nisi in voto castitatis vel religionis & tribus votis peregrinationis. s. hierosolymitani, ad sanctum Iacobū, & ad limina apostolorum. i. Romā. in quibus votis papa vel summus penitētiarius soli dispensant vel cōmutant. ep̄us qūn votum com mutare pos sit.

¶ De votis hēs ī scda pte sūme. ti. xi. p totū ibi vide.

¶ De superstitionibus. Cap. 2.

SI fecit ipse vel fieri fecit aliquod maleficiū, seu iuxta vulgare malias. i. facturas in quibus semper fiūt occulte vel manifeste demonū inuocationes, quod semper est mortale & dignum morte corporali. secūda parte summe. titu. xii. c. 1. §. xii.

¶ De incantationibus.

¶ Si fecit vel fieri fecit vel procurauit aliquam incantationem cum sacramentis vel sacramētalibus ecclesie, vt aqua baptismali, vel oleo sancto & hmōi, ob sanitatem vel aliam causām, est mortale & grauissimum, in se

cunda parte summe, ti. xii. c. i. §. fi. in fine.

❡De adoratione creaturarum.

❡Si adorauit aliquam creaturam faciendo orationē ad eam, vt ad lunam, solem, & stellas cum primo apparent & huiusmodi, est mortale peccatum.

❡De diuinationibus.

❡Si fecit vel fieri fecit aliq̄ diuinationem ad inueniēdum furta, vel ad sciēdum occulta, vel futurum quod sibi contingere potest, est mortale.

❡De arte notoria.

❡Si didicit artem notoriam, vel vsus est ad sciendū aliqua vel si vsus ē arte nigromantica, mortale est, & si habet librum inducendus est, vt eum cōburat, alias nō est absoluēdus, sicut est liber Almades, Sexifotas & alii libri comburendi sunt, quia mortale est vti eis, vide in ii. parte summe. titu. xii. c. i. §. x.

❡De constellationibus.

❡Si ex constellationibus vel planetis sub quibus natus est aliquid iudicauit determinate de conuersatione eius. Idem si ex phisonomia. Credere. n. hominē ex fato, vel constellatione vel cōplexione cogi ad bonum vel ad malum, est hereticum.

❡De sortibus.

❡Si vsus est sortibus diuinatoriis quod est mortale ex leuitate autem veniale. Si dedit aliquid turpe vxor viro ad comedēdū, vel alteri vt amaret eam vel fecit vel dixit aliquid turpe ad hmōi est mortale. Et interrogandum est quod fuit illud.

❡De incantationibus.

❡Si fecit uel fieri fecit aliquam incantationem ob sanitatem consequendam, & qn̄ hoc fit sciendo esse prohibitum, est mortale cōiter, Quando vero ex simplicitate fieret, putādo esse bonas orationes, dicitur veniale. Sed si nollet in futurum abstinere, neganda est ei absolutio

lutio, quia ex obstinatione & malicia videtur esse mortale, & interrogandum est de verbis quibus vtũtur, & de obseruantiis quas addunt.

¶ De breuibus.

¶ Si fecit vel fieri fecit vel vsus est breuib⁹, que cõstent sunt superstitiosa ex verbis, vel charta in qua fiunt, vel modo imponendi, vel portandi, vel tempore scribẽdi & inuenta superstitione earũ, imponendũ est ꝙ cõburant, & si nollent, non sunt absoluendi, quia tunc est mortale. Si vero putabant talia esse licita tãq̃ orationes veniale videtur.

¶ De obseruationibus tẽporũ.

¶ Si obseruauit vnam diem magis q̃ aliam, in nõ incipiendo aliquid tanq̃ malũ, vt dies egyptiaticos vel diem in quo occurrit decapitatio sancti Ioã. baptiste, vel diem assensionis ĩ colligẽdis herbis & hmõi. veniale videtur qñ ex simplicitate hoc fit siue scribendo aliq̃ vel portãdo ad suspẽdẽdũ in aliquo loco. Si uero hoc crederet aĩo obstinato, tũc mortale esset talia obßuare.

¶ De somniis.

¶ Si obseruauit somnia faciens aliquas orationes, & postea ex his que somniauit volendo de futuris & occultis iudicare & pronunciare, mortale est alias autem sine obseruatione adiuncta, nimis adhibere fidem somniis, pctm̃ est. & si ex se non sit mortale, tñ periculosum est, quia sic dyabolus multos decipit. ¶ Si ex effusiõe olei de lucerna vel cratitatione aliquarum auium, vel vlulatu canum uel magnitudine & continuitate uẽtorum, & hmõi existimauit aliquid mali euẽturũ quod fatuũ est. ¶ Si existimauit mulieres conuerti in gattas uel alia animalia, & ire de nocte & suggere sanguinẽ puerorũ & hmõi, quod est impossibile, nisi deo, & iõ fatuum est credere. ¶ De hac materia. s. diuinationum incantationum, & omnium superstitionum, uide luce

mulieres an in feles conuerti possint.

clarius in Decre.xxvi.c.i.per totū.

❡De blaſphemia multiplici dei & ſan- ctorum. Cap.3.

SI blaſphemauit deum.uidelicet dicendo eum non eſſe iuſtū,& oīa iniuſte diſponere,& eſſe accepta torē pſonarū,uel nō vł nō uidere q̄ ſiūt uel non curare de actib⁹ hoīum uel pditorē,uel ſine merito,punire & flagellare eum,uel nō poſſe iſtud uel illud facere,& hu iuſmodi,quodlibet horum eſt mortale, cum aduertit quod dicit & intelligit. ❡Si blaſphemauit Deum uel aliquem ſanctum, que proprie dicitur maledictio, ut maledictus ſit &c,ut ſit ex ira ſemper eſt mortale, ſi ad uertit ipſa uerba.

❡Secundum preceptum de iuramentis & pluriis,& habet.c.duo. Cap. 1.

NE iures uana per ipſum.❡Primo de periurio,ſi iurauit in aliqua curia coram iudice mendatio- ſe, mortale eſt quātūcūq; alias haberet iuſtam cauſam. Et qui inducit ad hoc aduertēter,ut iudex,aduocatus procurator, & huiuſmodi,mortaliter peccat. ❡Si iu rauit etiam extra iudicium in cōi ſermone quacūq; ex cauſa uel leuitate,uel utilitate,uel iocoſitate,uel quali- cunq; modo,non ſolum ad ſancta dei euāgelia,& per corpus Chriſti & ſanctorū,ſed etiam per fidem, p deū ſi deus me adiuuet,per uirginem Mariam,per crucē,p animam ſuam,& hmōi.hoc ſemper eſt mortale qn̄ ad- uertit ſe iurare,& falſum dicere,& toties quoties ſic iu rando aduertit.❡Si iurauit aliquid pro certo de quo dubitat utrum eſt ſic ſit,mortale eſt,& precipue iuran- do in iudicio. ❡Si iurauit perpetrare aliquid quod eſt mortale,ut facere uindictam,non dimittere concu- binam,ſeruare iniuſta ſtatuta,tenere ſecretam iniquam ꝯiurationē,mortaliter peccauit,nec debet illud ſuare. ❡Si iurauit tenere ſecretum aliquid quod eſt tracta-

tum in consilio, uel aliud quod nulli est nociuum, si ad uertētet manifestat, peccat mortaliter ipse & qui stimulat eum ad manifestādū, sciens illud esse secretū. ¶ Si iurauit seruare statuta alicuius ciuitatis, uel uniuersitatis aliquid scienter ex illis statutis transgrediendo, peccat mortaliter. Si tñ aliquod statutum est abrogatum per contrariam consuetudinem, quia quotidie per oēs fit contrarium, & diu non uidetur periurus, si non seruat illud. eo ꝙ non habet uim statuti. dist. iiii. §. leges. ¶ Si iurauit per aliquem modum opprobriosum per Dei membra uel sanctorum, ut faciunt ribaldi, mortaliter peccauit, quia blasphemia reputatur. xxii. q. i. c. si quis per capillum. ¶ Si promisit se aliquid facturū licitum, si non intendebat obseruare, mortaliter peccauit. Si autem intēdebat obseruare, sed veniente termino quo debet implere non seruat ꝓmissum, cum tñ posset, licet cum incommoditate sua, peccauit mortaliter nisi ille cui promisit, ante terminum relaxet iuramētū. quod facere pōt si promissum, in illius vtilitatem tm̄ cedat. Nā si in vtilitatē aliorū, vel in honorē dei & sctōrū, nō pōt ille relaxare, sed ad epm̄ uel papā ꝑtinet relaxatio vel cōmutatio. Si aūt nō pōt implere, excusat a pctō pro tunc, cum nō pōt. ¶ Si quis etiā promittat cū iuramento se aliquid facturum quod nō est alicuius importantie boni vel mali, vt mater de verberando filiū, vel de bibendo, vel non, & hmōi videt veniale iuratio & periuratio. ¶ Si iurauit sine causa rōnabili ꝓ quibuscunqꝫ minimis, dicendo etiā veritatem, veniale est, nisi faceret in contēptū, & inducendus est vt abstineat, ꝓpter periculum periurii. ¶ Si induxit aliquem ad iurandum quem omnino credebat falsum iuraturū mortaliter peccauit, nisi esset iudex hoc faciens ex officio suo secundum iuris ordinem.

¶ De adiuratione, Cap. ii.

DE adiuratiõe, que est inducere aliquẽ ad aliquid faciendũ, ad inuocationẽ, alicuius rei sacre vel diuini nominis. Et si est per modũ coactionis intendens eũ obligare per modum iuramenti ad aliquid faciẽdũ, vt ad superiores & alios in quibus non habet ptãtem, est mortale, sicut adiuratio Cayphe contra Dñm. Ad sibi subditos vero est licita, eo casu quo liceret eis pcipere, aliter non. & tunc adiuratus tenet illud facere, vel dicere, alias eẽt mortale, sicut trãsgressio pcepti. ¶ Si adiurauit prelatos, vel socios, vel inferiores per modũ deprecationis, intendens inducere ad iuratum per reuerentiam diuini nominis vel alicuius rei sacre ad aliquid boni faciendum, non est malum, vel veniale. Si leuiter fit, & sine causa, & adiuratus non faciẽs illud, nõ peccat Tho. 2a 2e. q. xc. ad primũ. ¶ Si adiurauit demones per modum precis, vel ad sciendum aliquid ab eis, vel aliquid obtinendum auxilii, est mortale, nisi qs faceret ex familiari consilio spiritussancti, vel nisi ex qdam simplicitate, querens ab obsessis a diabolo. Sed p modum coactiõis, licet eos adiurare ne nobis noceãt. ¶ Si adiurauit creaturas irrationales ne dyabolus eis vtatur nostrum nocumentum, licet. Si autem fit vt demõ operet in eis, mortale est, vt incantationes spẽtiũ. ¶ Si in cantilenis & turpibus fabulis miscuit deum & sanctos, & in narrationibus turpibus & amatoriis, est mortale, alias veniale, nisi faceret in contemptum dei.

¶ Tertium preceptum de obseruatione festorũ continent duo capitula. Cap. i.

SAbbata sanctifices. Quia quãtũ ad determinationem dierum, istud preceptum est de iure positiuo ideo hic annectere potest de ieiuniis ecclesie, & de auditione misse. ¶ Primo ergo si fecit aliquod manuale opus diebus dñicis & aliis festis pceptis ab ecclesia extra casum necessitatis, quia mortaliter peccauit, si p no

tabile spatium. Secus si fieret aliqua puncta. ¶ Si vero ex necessitate. videlicet quia hostes expectatur, vel veniunt inundationes aquarum, & huiusmodi, tunc liceret remouere blada & suppectilia & hmoi. Ray. & debent obseruari de vespere ad vesperam. i. de sero ad serū de consec. dis. iii. c. pronunciādum. Hic requiritur magna prudentia in consulendo. ¶ Si vendidit vel emit diebus festiuis nisi comestibilia de die in diem, vt panem vinum caseum, carnes & hmoi mortaliter peccauit, si per modum negotiationis, nisi in casu magne necessitatis. In nundinis tamen ex quo prelati ecclesiarum tolerant, si non dimittunt audire missam fm Pet. de pal. videntur posse excusari, qui mercantur in dieb9 festiuis. s. a peccato mortali. ¶ Si fieri fecit aliquod pdictorum a suis filiis, discipulis, seruis, laboratoribus sine necessitate, peccat mortaliter mandans & exequēs. ¶ Si tñ mandans seu magister, vel patronus nō habet necessitatem ipse sed discipulus eius, vel seruus, vel rusticus habet necessitatē, ita q aliter non posset viuere; vel quia si discipulus non obedit aliquando magistro in hmoi diebus vendendo, vel faciendo aliquod exercitiū eius artis pro quo tēpore, nec iste, nec alius de illa arte vult cōducere eum secum, & aliud exercitiū nescit facere. videtur ipse excusari. Nam si in obsequiū ecclesiarum paupercularū aliquādo licet aliquid laborare diebus festiuis fm doctores, quanto magis licet, pro sustētatione vite eius in necessitate. Tutius tñ esset eligere aliquam artē si posset. ¶ Similiter de scriptoribus pro precio & conficientibus instrumēta tēporaliū & iudicantibus & facientibus longas dietas non causa cupiditatis, sed necessitatis, qa non bene aliter pōt fieri barbitōsoribus, chirurgicis, & hmōi, medicidinalia āt semper licet facere, & medicari, & talia vendere. Papa Eugenius dispensauit cū barbitonsoribus vt laborare pos-

sint per duas horas noctes in vigiliis magnorum festo rum.ii.parte summe titu.ix.c.vii.§.iiii.in fine. ¶ Si p totum diem festum vacauit ludis, venationibus, aucupiis, choreis, & aliis vanitatibus mundi. Frequenter em̄ in his occurrunt mortalia peccata. & si de se ista nō sint mortalia. ¶ Q d ēt mortale petm̄ dieb⁹ festiuis cō missum sit grauius patet, & iō de hmōi ꝯfitendū est.

¶ De auditiōe misse diebus dn̄icis & festiuis.

SI non audiuit totā missam diebus illis, sed omisit vel ex contemptu, vel ex cupiditate lucrandi, vel causa eūdi ad solatium, vel ad conuiuia, seu ex negligētia, vel ignorātia crassa mortaliter peccauit, & toties quoties dimisit. Idē si audiuit, sed n̄ totā dimittēdo notabilē partē. de.conse.dis.i.c.missas. Secus vero est si modicā partem misse dimisit. ¶ Quod aūt quis audiat in parrochia sua vel alibi missam propriam die vel aliam audiendo, vel non intelligendo verba vel nō audiendo, quia submisse dicitur, vel audiat alibi seu a concubinario vel simoniaco, & hmōi, vel non simoniaco, & concubinario, ex quo p̄lati non prouident super hmōi. non videntur simplices sollicitandi, sed dimittēdū conscientiis eorum, vbi talia abundant ꝺm Pet.de pal. Guil. durā. ¶ Dimittentes vero auditionem misse ex infirmitate, vel ex tali occupatione quam nō possunt dimittere ut seruire infirmo, uel alia iusta de causa puta, quia manent in castris, excusantur. ¶ Excusantur etiam puelle, que dimittuntur a parentibus domi, non tamen euntes ad choreas. Vidue etiam que manent in domo clause per menses non excusatur. Secus si per dies quindecim, uel per mēsm & huiusmodi.

¶ De obseruatione ieiuniorum. Cap.ii.

SI quis dimittit ieiunia ecclesie, ut quadragesime, quatuor temporum, & uigilias festorum Christi, ac sanctorum que de precepto sunt post.xxi. annum,

peccat

peccat mortaliter, nisi habeat causam legittime eũ excusantem, vel saltẽ existimet se habere, puta cũ est satis debilis vel videt sibi esse, ꝓpter quod credit nõ posse ieiunare sine notabili corporis detrimẽto, licet ſm veritatem possit, talis nõ videt de facili cõdẽnandus de mortali, ex quo paratus erat obedire ꝓcepto, si credidisset se posse, aliter est mortale, & toties quoties dimisit aliquem diem ieiunii, quia quilibet enim dies, est sub vno precepto. Sed ante .xxi. annum inducẽdi sunt iuuenes ad ieiuniandũ. Etiã interrogãdũ est hic de numero dierũ, quos dimisit, & qua de causa. ¶ Si vero notabiliter anticipauit horã comedẽdi, puta circa horam tertiã, sine causa legitima, nõ est ieiuniũ, vnde & mortale. Hora aũt cõgrua, est circa nonã. Tardare aũt post nonã nõ est vitiũ, nisi fiat ex superstitione. ¶ Si cum ieiunauit ex statuto ecclesie, vel ex voto, vel ex iniunctione cõfessoris, comedit de sero frustũ panis, vel de pluribus fructibus, aut confectionibus, vel de vno genere tantũ, sed in magna quãtitate, ieiunium fregit in .ii. p. sum. ti. vi. c. ii. §. ix. ¶ Si vero aliquid cõfectionũ sumit in parua quãtitate nõ soluit ieiunium, nisi fieret in fraudem ad nutriendũ. Sed sumẽdo aliquid fructuũ per modũ medicine, ne. s. vinũ lauet stomacũ, nõ videtur esse malũ. ¶ Potest aũt quis in die pluries bibere sumpto prãdio, & non frangit ieiuniũ, nisi fiat in fraudem, vt dictũ est. ¶ Debiles & multũ laborãtes, itinerantes peregrinãtes, nutrientes, pauperes, & huiusmodi, quomodo & quãdo a ieiunio excusentur, vide plenius in secunda parte, summe. tit. vi. c. ii. §. vi.

¶ Quartum preceptum de honore parentum, & habet duo capitula.

¶ Capitulum primum.

HAbeas in honore parẽtes. Quere primo, si dixit verba cõtumeliosa, vel opprobriosa parẽtibus,

mortaliter peccauit, & multomagis si verberauit, etiã leuiter. Idem si parẽtes irrisit. ¶ Si blasphemauit, vel maledixit ipsis defunctis & viuis. ¶ Si non obediuit eis in liciits ex contẽptu, peccauit mortaliter, etiam in paruis rebus. Secus si ex negligẽtia in rebus nõ multi ponderis. ¶ Si nõ prouidit necessitatibus eorũ, cum posset mortale est. ¶ Si non impleuit legata facta ab eis ad pias causas, sed multũ distulit ꝑpter incõmoditatem, cũ tñ posset, peccauit mortaliter. vide in. ii. parte. ti. i. c. xxi. §. iii. ¶ Si nõ reuerenter se habuit, sed cõtẽpsit, vel dure locutus est, vel ꝓuocauit ad irã, vel nõ supportauit eos, uel diligẽter non ꝓuidit, ueniale est.

¶ De gubernatione familie. Cap. ii.

SI non prouidit magnis necessitatibus, victus & vestitus, filiorũ, vxoris, seruoꝝ, cũ posset ex auaritia, vel crudelitate, mortale est. iii. dist. c. si quis. Idẽ si ꝑpter hoc illegittimos filios misit ad hospitale: vel seruos qui sibi bene seruiebãt. ¶ Si non adhibuit diligẽtiam ad hoc vt boni essent, & mãdata dei & ecclesie obseruent, vt de cõfessione cõione auditione misse, de honestate & hmõi, & si notabilem in hoc commisit negligẽtiam, non curãdo vel nõ corrigẽdo mortale est vel veniale graue. ¶ Si dixit vxori verba cõtumeliosa, vocando scortum & hmõi, vel verberauit aspere sine causa rationabilis sed ex iniuria, mortale est. Secus si alias ei dura & aspera verba loquitur. ¶ Si vxor cõtendit cũ viro in licitis rebus nollẽs obedire, & ex hoc prouocans eũ ad blasphemandũ deum vel sanctos, vel ad aliud grande incõueniens mortale, committit si est occasio data ad hoc. ¶ Si vir permittit vxorem facere plurimas vanitates aut ornatus vel tripudiatus & hmõi, & alia multũ prouocantia ad lasciuiam, mortale videt. Si vero nõ sit multus excessus veniale videt. ¶ Mater que mittit filias ad choreas, & alias mundi

vanitates, & non ducit ad missam, confessionem, & cōionem, nō videt posse excusari a mortali. ¶ Si dominus uel domina non prouidit necessitatibus corporalibus seruorū & ancillarū, & infirmos mittit ad hospitale & non curat de necessitate, uel honestate uite eorum, uel non dat eis habilitatem ad confitendū, cōmunicandū, audiendum missam cū possit, uel faciat in festis laborare, mortale est in quolibet horū. ¶ Si nimis dure, uel nimis remisse, alias se habuit in gubernatione familie, in quo omnes delinquunt etiā profecti, communiter ueniale est dist. xxv. c. qualis.

¶ Quintum preceptum de homicidio, Capitulum vnicum.

Non occisor eris. Et primo quere, si occidit extra ordinem iuris aliquē uoluntarie, uel pter intentionem a casu, dando operā rei illicite, ut in ludo noxio, sicut ad saxa, uel etiā rei licite, sed nō adhibēdo debitā diligentiā, vt proiiciēdo regulas de tecto mortale est, & casus epis reseruatus. Idem si ex necessitate euitabili & etiā ineuitabili ad quā peruenit ex culpa, puta, quia adulter est inuentus a uiro mulieris adultere, qui ut mortem euaderet eū occidit. Interrogandū est de causa homicidii. ¶ Si iudex occidit aliquem innocētem ſm iura, uel aliquem nocētem, sed preter ordinem iuris, uel ſm processum ordinariū, sed non habēs legittimū dominiū uel habēs potestatem, sed nō ex iustitia, sed ex uindicta, uel auaritia, uel crudelitate, & est casus epalis, nisi in ultimo puncto in. ii. par. sum. ti. tu. vii. c. viii. §. i. ¶ Si mulier grauida quesiuit aborsum per medicinas, uel labores, uel per aliū modū, etiā si nō sequatur effectus, est mortale in ea, & in quocūqз consulēte & operāte ad hoc, non tñ est casus epalis. Si uero sequitur effectus, & puerperiū erat formatum in utero, homicidiū est in ea & cooperante & consulēte,

unde casus epalis est. In aliquibus etiã locis si non sequit effectus per synodales constitutiones, est epãlis, & alicubi est excõicatio. ¶ Si occidit mater filium uel filiã spõte ad occultandũ crimen suũ, grauissimũ est, & multo plus si nõ baptizatũ. ¶ Si pater filiã, uel frater sororem fornicãtem, si uir uxorẽ, propter adulteriũ, si uxor uirũ pp odiũ uel amorẽ ad aliquem aliũ, si filius patrẽ uel matrem ex ira uel auaricia, uel fratrem frater, grauissima sunt & digna magna penitẽtia & epõ reseruata. Et nota ꝙ epi solent cõmuniter eos mittere qui ire possunt pro casu homicidii ad penitẽtiarios curie ad terrorem incutiendũ. Si tñ nolunt, possunt absoluere tales per se uel per alios. ideo pape nõ reseruatus. ¶ Si mater, uel nutrix suffocat filium uel filiam quem tenet iuxta se, in aduertẽter opprimẽs, mortale est propter negligẽtiam & est epãlis. ¶ Si mulier grauida preter intẽtionem abortitur, si cõmisisset ibi notabilem negligentiã, puta quia nimis saltauit, uel quia nimis inordinate laborauit, vel propter inordinatas lasciuias non esset absq; peccato mortali. Idem in viro vel alio percutiente eam unde hoc sequitur. Secus vero si nõ esset in causa. ¶ Si quis etiã non occidit, tamen mutilat aliquod mẽbrum, vel reddit inutile alteri extra ordinem iuris, vel vulnerat, alias percutit aliquem ex iniuria, peccat mortaliter. Idem si iniuste incarcerat, vel tenet per violẽtiam, ne liber possit abire, nisi faceret per punctũ tẽporis ad impediendũ malũ eius. Si clericũ etiam habẽtem tantũ primam tonsuram, est excõmunicatus. ¶ Si quis verbo vel mãdato. s. mandãdo, persuadendo, consulẽdo, ratifi. ãdo, vel incitãdo, cooperatur aliquod predictorũ, vel mortem, vel corporalẽ lesionem, peccat mortaliter, etiã si non sequatur effectus. Sed si sequitur effectus grauius est, & si percussus vel incarceratus & hmõi esset clericus, vel religiosus, in quolibet

predictorũ casuum percutiẽs, vel includẽs, est excõmunicatus, nisi esset p̃latus eius, qui hoc faceret causa correctionis. Et vbi in predictis.s. mãdato, cõsilio, cooperatione, vel facto, si esset enormis iniuria facta clerico vel religioso, non potest absolui citra sedem apostolicam, vel legatũ, vel summũ penitẽtiariũ. Secus vero si non esset enormis iniuria. ¶ De hmõi materia habes diffuse in tertia parte summe titu.xxv.c.i. Enormis iniuria dicitur quãdo ad mutilationem mẽbri, seu effusionem sanguinis magnã.s. per vulnus illatũ, p̃cessum fuerit. Aut si in ep̃m, vel in abbatem proprium manus violenta iniecta sit, vt.c.cũ illorũ.extra de sen.excom. Aut enim dicitur enormis arbitrio boni viri ex circunstantiis locorũ tẽporum personarũ, vt insti.de iure naturali.§.atrox. Vel si ex facta religioso, quia nõ absoluitur talis citra sedem apostolicã vel legatum eius, vel eius summũ p̃niariũ, secus vero est si nõ esset enormis.

¶ Si quis interfecerit, vel mãdauerit, vel fecerit interfici aliquem xp̃ianũ per assassinos, etiã si non sequatur effectus, est excõicatus & depositus omni gradu, ordine & dignitate seculari, vel ecclesiastica. Similiter receptor & defensor hmõi assassinorum.c. pro humani, de homi.lib.vi. ¶ Dicuntur assassini quidam heretici, vide de hoc in tertia parte summe. titu.xxv.cap.xxxvi.

¶ Si q̃s desiderat mortẽ alterius debliberata rõne, in malũ alterius, siue ex odio, siue inuidia, siue ex auaritia, ut habeat eius bona uel ex luxuria, vt aliã accipiat, vel ex superbia, vt in p̃latione succedat, vel ex accidia, ne habeat causam siue laborẽ gubernãdi eũ, vel vt sit magis liber, & nõ habeat corripientẽ in quolibet horũ est mortale. Secus aũt si hoc desiderat ne ipsemet vel ille deũ amplius offenderet, vel ne peior efficeretur aut ne bonis p̃sonis vel ecclesie dei noceat, sicut tyrãni. ¶ Si vero q̃s ex impatiẽtia & ira p̃cutit seipsum iniuriose,

peccat mortaliter, & si clericus sit est excõicat⁹. Secus si ex zelo deuotiõis ad reprimẽdã carnẽ uel tẽtatiões. Non tñ licet abscindere aliquod mẽbrum, alias peccaret mortaliter & efficeretur irregularis, & si esset clericus esset excõicatus. ¶ Si occidisset uel uulnerasset aliquem in loco sacro, esset sacrilegiũ & ecclesia violata. ¶ Si per violentiam, etiã si sit officialis eduxerit malefactorem uel debitorem de loco sacro, uel fecerit capi eum, peccauit mortaliter. ¶ Si fecit vel fieri fecit torneamentum, vel aliud spectaculum ubi sit periculum uite, mortale peccatum est.

¶ Sextum preceptum de luxuria actuali & speciebus eius. Cap. vnicum.

NOn mechaberis. Luxuria actualis que cõmittitur extra matrimoniũ, semper est mortale pctm in oibus speciebus suis, que omnes hic ponuntur, quia distincte oportet eas cõfiteri, uel interrogare cõfitẽtes si a seipsis nõ dicunt. Nullo tñ modo necesse est interrogare de his oibus, nisi necessitas cogat, ne quis adiscat quod nescit, sed prout conuenit personis que cõfitent. Et cũ habetur ultima species, nõ est ultra descendendũ ad alias particulares circunstantias non necessaria, & cauto & honesto modo interrogãdũ est. ¶ Si cognouit solutus solutã que dicitur fornicatio, & si est meretrix, uel serua sua uel alterius, uel uidua, & etiã si tales induxit ad peccatũ. ¶ Si tenuit cõcubinam & quanto tẽpore, quia ultra fornicationem, est ibi scandalum proximorũ quia publicũ, licet si fornicatio. ¶ Si virginem deflorauit extra matrimoniũ quod dicitur stuprum, & si seduxit eam promitendo ducere in uxorẽ, cogendus est in foro consciẽtie, uel ducere eam in uxorem sibi, vel eam dotare si potest, & iniuriatus est parentibus eiusdem, si hoc nescierunt. ¶ Si ipse solutus cognouit uxorem alterius, uel ipse uxoratus cognouit

solutam, quod dicitur adulteriū, & est duplex quādo uterq; est coniugatus. ¶ Si intulit violentiam alicui quod dicitur raptus, & si cōtra uoluntatem parentū, grauius est. ¶ Si intulit uiolētiam nupte uel uirgini, uel moniali, grauissimū est. ¶ Si cognouit cōsangui/neam suam, uel consanguineā uxoris sue usq; ad quar/tum gradū consanguitatis & affinitatis, & dicitur in/cestus. ¶ Idem de muliere, que permittit se cognosci a consanguineo uiri sui. ¶ Si cū moniali scelus est ope/ratus, uel cū habente professionem castitatis & dicitur sacrilegiū. Idem si mulier cum clerico, religioso, p̄ela/to ordinato, & hmōi. ¶ Si cognouit cōmatrem uel quā tenuit ad baptismum filiam sp̄ualem uel chrisma, uel quā audiuit in confessione, & dicitur incestus uel sacrilegiū. Idem de muliere que cum cōpatre se miscuit voluntarie. ¶ Si per semetipsum uigilans & uolunta/tius se polluit, & dicitur mollicies, siue manibus pro/priis uel aliis modis. De modo non est interrogandū. ¶ Si cum masculis operatus est turpitudinem, uel fe/mina cum femina, uel uir cū muliere extra uas debitū, & dicitur uitium sodomiticum. ¶ Si cū brutis opera/tus est nephas, & cū quibus, & dicitur uitium bestiali/tatis. ¶ Si diebus festis aliquod horum operatus est quia grauius est. Secundū aliquos uero necesse est con/fiteri huiusmodi circunstantiam, quia mutat speciem peccati. ¶ Si in ecclesia uel in loco sacro aliquod pre/dictorū commisit quod dicitur sacrilegiū, & per hoc uiolatur ecclesia, & si istud esset manifestū esset recon/cilianda ecclesia. ¶ De peccatis uero que cōmittūtur in coniugio. s. tactibus & actibus inhonestis, & oscu/lis ac uerbis & huiusmodi diceť infra in. c. de luxuria. ¶ Nota tamen q; de iure cōmuni peccata luxurie non sunt reseruata epis, nec pro aliquo illorū est lata senten/tia excommunicationis a iure, sed communiter per

synodales constitutiones eporum, aliquos ex dictis ca sibus sibi magis reseruāt, ut incestum, sacrilegiū.s.cum monialibus. Aliqui uero episcopi, uitium bestialitatis. Alii etiam uitium sodomiticū, & quedam alia in quibus est lata sententia excommunicationis per synodales constitutiones. Et ideo quere in diocesibus in quibus audis confessiones.

¶ Septimum preceptum de furto non faciendo, & de vsura que diuersis modis fit, & & habet cap. viii. Cap. i.

FVrtum non facies. De usurpatione rei aliene que in hoc precepto prohibetur. Nota q̄ in omnibus infrascriptis speciebus est mortale peccatū & tenetur ad restitutionem ei a quo res capta est. Q̄d si ille ignoratur uel non inuenitur, pauperibus eroganda est, & nō solum qui accipit, sed etiam heres eius, si tamen de bonis eius ad eū peruenit. ca. michael. extra de usuris. ¶ Circa vsuram quere primo, si mutauit pecuniā numeratam, uel aliquid eorū que usu consumūtur, vt frumentum, uinum, & oleū, & huiusmodi intentione aliquid recipiēdi ultra suum capitale, & istud plus quod accepit tenetur restituere. ¶ Si mutauit super pignus rei mobilis, puta uestis, equi, & huiusmodi, uel immobilis, ut domus, agri & huiusmodi, & interim accipit vsufructum pignoris, dum alius tenuit pecuniā suam, usura est. ¶ Excipitur tamen casus quando gener accepit possessionem in pignus a socero suo quousq̄ dat sibi dotem, & sustinet onera matrimonii nutriēdo uxorem suam. extra de usur. c. salubriter. ¶ Si posuit pecuniam penes mercatorem vel artificem, cum intentione aliquid percipiēdi per vtilitatis, licet non fiat pactum de hoc, sed ponit in discretione eius volens in omni casu capitale suum saluum, vsura est sed si vult ita participare de dāno sicut de lucro, tunc licet etiā cum pacto,

& in hoc solent etiam offendere mulieres de doctibus suis, & dicitur vulgariter deposita, sed vsura est cap. plerique.xiiii.q.iii.tex.in glo.

¶De socedis animalium.

¶Si in socedis animaliũ pecorum, bouũ, & hmõi, ita paciscitur vt capitale sit saluum, est vsura, sed si non est saluũ, sed nimis grauat vna pars, non est vsura, sed iniustitia. ¶Si in emptione fructuũ terre vel aliarũ rerũ ex eo ꝙ ante per aliquos mẽses quam reciperet fruct⁹, vel alias rex soluit preciũ, & propter hoc emit minus iusto precio, vt si valebat decẽ emit ꝑ nouẽ, vsura est. Secus si faceret hoc, quia verisimiliter põt etiã minus valere, quã illud quod soluit. videlicet octo.

¶ De venditione ad terminum.

¶Si vendidit ad credentiam seu terminum pannos laneos, lineos, de serico vel alia q̃cunque, maiori p̃cio q̃ ad contantos, quia si vendidit sic plus iusto precio rõne dilationis, vsura est. Si vero non vendidit plus iusto precio, sed nõ vult facere ita bonũ forũ ei sicut illi q dat pecuniã numeratã sibi, non est vsura. Tho. in opu. lxxvii. & extra de vsuris. c. nauigãti. & . c. ĩ ciuitate tua.

¶De cambiis.

¶Si fecit cambia & si minuta, puta de vno, floreno aureo ad monetam, vel econuerso accipiendo aliquid secundum communem cursum, non est illicitum. ¶Si fecit cambia realiter litteras de loco ad locũ & non ficta, est licitum moderatum lucrũ. ¶Si fecit cãbia que vulgariter dicunt sicca, per Venetos a libre de grossi, vsura est, q̃a realiter ibi est mutuũ & sub spe lucri. Hec frequentantur Florẽtie. ¶Si tutor vel curator pupillorũ, vel procurator & factor cuiuscũque, pecuniã pupillorum vel patronorũ dedit ad vsurã in vtilitatẽ illorũ vltra pctm̃ mortale cõmissum ĩ casu quo illi nolint vel nequeant ne restituere, quia illi qui habuerunt vtilita/

tē principaliter tenent, sed non restituentibus illis, tene-
tur ꝓcurator, tutor, & curator, & hmōi. ¶ Siqs emit
agrum vel domū mlto maiori precio quā valeat. intē-
dens ꝙ venditor reemat ab eo deducens hoc in pactū
& ipse iterum fructus recipiat vsura paliata est.

¶ De mutuantibus sub spe.

¶ Si quis propter pecuniā mutuatā aliquando petit
vel sperat principaliter habere ab eo aliquod obsequiū
vel vtilitatē, que precio possit estimari, vt opera labo-
ratorū, vel bouū ad collendū terras vel mutatione iu-
mentorū, vel aliquod donū vel ut procuret ei officiū,
vel beneficiū ecclesiasticū vel seculare, vel quod det sibi
propter hoc plus de fructibus terre eius quā colit, vsu-
ra est. Et qn̄ propter hoc non ab eo cui mutuauit, sed
ab alio ut a dn̄o vel a cōmunitate recipit vtilitatē ex-
inde debet illud pauperibus erogare.

¶ De accipientibus ad vsuram.

¶ Si quis accipit mutuo ad vsuram non ad ꝓuidendā
sue necessitati, sed vt det ipse ad vsurā, vel ludat, vel
alias male vtat̄, peccat mortal'r. hec vide i. ii. parte sum-
me, titu. i. ca. ix. §. vlti. Idem si eum inducit, qui alias
non erat feneraturus. Pet. de pal.

¶ De faciētibus statuta in fauo-
rem vsurariorum.

¶ Si fieret statutū in aliqua ciuitate vel castro vel lo-
co ꝙ vsure soluantur, vel ꝙ solute non possint repeti,
aut repetite non debeant restitui, excōicati sunt qui fa-
ciunt hmōi statuta & qui iudicant ꝗm ipsa. Vnde illi
qui faciunt capitula cum iudeis, vt dn̄i & cōitates con-
tinentia ꝙ possint fenerari, vel ꝙ non possint repeti in
iudicio vsure extorte ab eis & hmōi videt̄ incidere in
hanc excōicationē, dn̄i vero qui hoc faciunt & ciues
qui hoc consulunt extra de vsuris. in cle. c. ex graui.

¶ Capitulum. ii.

DE emptione vero denariorum montis vt Florentie, vel ipresitorũ vt venetiis, vel locorũ vt Ianue, quia aliqui ponunt contractum esse vsurarium, alii vero non. s. contrarium tenentes ideo nemini consulas vt faciat contractum, factũ vero si potes induce re vt post mortẽ ipsius vel vnius alterius fiat, uel finiat, uel satisfaciat commuuitati, uel det pauperibus, bonum erit. Si uero non uult adherens opinioni contrarie, non facile codennes, quia in huiusmodi secũdũ doctores, non est precipitanda sentẽtia. De his & aliis supradictis habes in scda par. sũme. ti. i. c. xi. de usuris.

¶ De fraudulentia que multis modis committitur. Cap. iii.

DE fraudulentia que fit, uel in rei substantia, uendendo unam rẽ pro alia ut uinum limphatũ ꝑ puro, carnes pecudinas pro castratis, cera & aromata cum aliis mixturis uel in quantitate, dando mensuras & pondera diminuta, puta uncias nouẽ pro libra, uel in qualitate, ut rẽ prauã ꝑ bona, ut pãnũ, ferrũ, coriũ, aromata, aĩalia defectuosa, fructus & hmõi, & in his si notabiliter dannificauit proximum, peccauit mortaliter & teneť ad restitutionem. ¶ Si parum nec plus intendens, uenialiter, & pauperibus erogeť. ¶ Si uendidit rem aliquam multo maiori precio ꝙ ualebat communem estimationem illius tẽporis aduertenter, peccauit mortaliter, & teneť ad restitutionem, si proximus notabiliter lediť, secus si parũ. Idẽ si emit minori ꝑcio ꝙ ualeat ex ignorantia uenditoris. ¶ Si fraudauit iustas gabellas & pedagia, teneť cõitati restituere, si multum uel etiã parum sed tñ intendens multum mortale est; de hac materia vide in. ii. parte summe. titu. i. c. xiii. §. vi. & vii. ¶ Dñi qui grauãt subditos ĩ collectis iniustis, tenẽtur ad restitutionem, & qui distribuunt prestantias scienter grauantes aliquem ultra debitum, te-

neř ꝑ damnis. Et de hoc habes in.iii.parte.ti.iii.c.iiii.

¶ De falsificatione. Cap. iiii.

SI quis falsificauit aliquod instr̄m, uel falso sciēter utit̄, ultra mortale teneť ad oē dandum quod inde sequitur. ¶ Si quis falsificauit litteras papales, uel falsificatis scienter utitur, est excōicatus, cuius absolutio pape reseruatur. ¶ Si quis ex falsa causa suggesta qua expressa non obtinuisset beneficiū quod recepit, licet non sit excōicatus, tñ tenetur ad restōnem eius quod sic recepit seu ad renūciationē bñficii uel resignationē & hmōi. ¶ Si quis falsificauit monetas ultra pctm̄. teneť ad restōnem. Idē si falsis scienter vtitur & etiā ipse qui hmōi fuit deceptus. ¶ Si quis falsat mensuras vel pōdera ciuitatis vel cōitatis, vel falsis scienter vtitur, vltra mortale tenetur ad restōnem & oīum dānorum inde sequentium. ¶ Si quis falsat lr̄as prelatorum vel sigilla vel aliorum, vltra mortale teneť ad satisfactionē oīum dānorū inde sequētiū. Idē de falsificāte libros vel alias scripturas ī dānū aliorū. ¶ Et nota ꝙ contra falsificantes instrumenta vel litteras vel alia in aliqbus locis lata est sñia excōicationis, per ꝯstōnes synodales.

¶ Excommunicatio papalis.

¶ Si qs in bullis papalibus apponit, vel remouet vnā litterā vel punctum s̄m Hostiē. est excōicatus excōicatione papali que fit in curiam (nā in iure cōi non habetur) & hoc si bulle habent vigorem. Nam si expirasset earum valor, puta, quia erat gr̄a ad tempus & expirasset. si totum raderetur non incurreret quis excommunicationem, nec in aliquam penam Ricardus.

¶ De iniusticia que fit iudicio. Cap. v.

DE iiusticia vero que fit a iudicibus assessoris, aduocatis procuratoribus & notariis & de qbus debent interrogari, diceť infra. ¶ Si officialis quicūqs dat iniustā sñiam scienter vel ex ignorantia crassa & su

pena, tenetur parti lese ad satisfactionem omnis dãni, nisi satisfaciat ille, pro quo est lata sñia, & similiter assessor vel alius qui ad hoc coperat, & peccãt oẽs mortaliter aduocatus & procurator, q sciẽter defendit iniustã causam. ¶ Si obtineant similiter tenetur parti lese ad satisfactionem insolidũ, si non satisfaciat clientulus. Idem si perdidit iustã causam ex ignorantia crassa vel negligentia. ¶ Accusator & testis sciẽter pcedẽtes contra aliquem falso tenetur de omni damno ipsi accusato & peccãt mortaliter.

¶ De furto. Cap. vi.

Siquis rem aliquam occulte inuito dño non solum si abstulit ab extraneo, sed etiam filius parentibus, vxor viro, seruus dño, discipulus magistro, socius socio, consanguineus consanguineo. furtum est, si est qd notabile dãnum, vñ & mortale. & tenetur ad restõnẽ. Secus si quid minimũ, vt aliquos fructus, & q̃ttinũ, & hmõi. ¶ Si rem tibi mutuatã retinuit, vel aliam rẽ alterius, venientem ad manus eius non restituit furtum fecit nisi ille tantũdem haberet de suo certitudinaliter, quod non vult restituere. ¶ Si inuenta que non habetur pro derelicto ñ restituit, sed sibi retinuit. Et si post inquisitionem non reperiatur cuius sunt inuẽta, debet pauperibus errogare, alias esset pctm̃ mortale, nisi ipsi vt indigenti darentur. De thesauris inuentis, multum statur consuetudini, de hac materia vide in secũda parte summe. ti. i. c. xv. §. ii. ¶ Si vsus est pignore ad sui vtilitatẽ contra dñi rei voluntatẽ. ¶ Si vsus est re cõmodata ad alium vsum quam fuerat commodata, vel re deposita sine lnĩa deponentis, nisi presumat dñm rei esse contentum tenetur de huiusmodi vtilitate. ¶ Si religiosus dedit de bonis monasterii sine lnĩa superiorum, habita vel presumpta. Idem si aliquid occulte recipit vel retinet quod ẽ mortale & pprietarius. ¶ Si

ptelatus expendit bona ecclesie in turpes vsus deputa ta reparationi ecclesie vel pauperibus, vel bona mona/ steriorũ, peccat mortaliter. ¶ Si aliquis recipit a reli/ giosis aliquid sine causa rationabili, vel pro turpitudi ne, vel lucri acquisitione, vel causa amicitie & parente/ le sine aliqua indigentia.

¶ De sacrilegio quod committitur circa res sacras. Cap. vii.

De sacrilegio quod est circa res sacras. Si iposuit vel dedit super hoc consilium vt imponerentur collecte clericis siue ecclesiasticis personis non habita lnia a romano põtifice, & si secut⁹ ẽ effectus vltra mor tale, tenetur ad restitutionem, & nisi post admonitio/ nem desistat, est excõicatus. ¶ Si fecit vel fieri fecit sta tuta contra libertatem ecclesiasticam, vel consuluit fie ri, ultra mortale tenetur de dãnis factis, estq; excõica/ tus ipse, necnon scriptores & iudicantes ſm ea. ¶ Si usurpauit patronatum de nouo alicuius ecclesie vacã tis, uel monasterii, uel locorum piorum, uel bona ipso/ rum locorum uacantium, est excõicatus. ¶ Si abstulit res sacras uel calices & paramenta de loco sacro aut rẽ sacrã de loco non sacro & furans in ecclesia res non sa/ cras. ¶ Si effregit locum sacrum ut portas ecclesie uel locum religiosum, vel portas conuentus, ultra peccatũ & obligationẽ ad restitutionẽ, teneť ď iniuria & de dã no & est excõicatus, & ante denũciationem põt absol ui a diocesano, post denũciationem uero solum a papa vel pniario. c. conquesti. extra de sentẽ. excõica. ¶ Si fecit incẽdium studiose in loco sacro uel religioso, idẽ iudiciũ est sicut de effractores ubi supra per idẽ. c. pue/ nit. Incendiarii autẽ aliorum locorum, de iure cõi non sunt excõicati. In aliquibus autem locis sic per synoda les constitutiones. ¶ Si legata facta ecclesiis uel aliis piis locis, aut pauperibus nõ soluit integre, & si nimis

differt ex negligentia vel auaritia, quia est ei incōmo/
dum, peccat mortaliter, nisi impossibilitas eum excu/
set, & alicubi est excōicatio synodalis, vide in secunda
parte summe. titu. l. c. xxi. §. iii. ❡ Si clericus recipit be
neficium simoniace, ultra uicium simonie, oēs fructus
illius beneficii, furtiue accipit & tenet ad restitutionē.
❡ Si p̄latus ecclesie ex dolo uel lata culpa amittit bo/
na ecclesie, tenetur ad restitutionem. ❡ Si nō dedit lai
cus decimas ubi consuetū est dare, tenetur ad restōnē.

❡ De rapina uiolenta. Cap. viii.

Rapina est quando res iniuste aufertur & p uio/
lentiam. ❡ Si rem alterius rapuit, ultra mortale
& restitutionem ad quam tenetur, debet etiam petere
ueniam si cōmode pōt de iniuria violenter illata. ❡ Si
quis per pirata predans in mari quoscūq; indifferenter
ultra mortale & restitutionem ad quam tenetur, est ex
cōicatus papali excōicatione, ut patet per processum
qui fit annuatim in curia cōtra hmōi. Secus uero est de
illis qui faciunt hoc precise, cōtra illos cum quibus hn̄t
bellum. ❡ Siquis est depredatus romipetas uel eūtes
uel redeuntes ab urbe Roma, uel depredatus est portā
tes necessaria ad usū curie est excōicatus a papa. ❡ Si
in bello iniusto depredatus est etiā inimicos ultra mor
tale & restitutionē non debet absolui, nisi disponat in
illo & in oī alio iniusto nunq̄ se reperire. ❡ Si in bello
iusto abstulit ab amicis sicut faciunt stipēdiarii, uel ec/
clesiis inimicorum, tenetur restituere. ❡ Si inuasit ho/
stiliter, uel discurrit p terras ecclesie, ultra pctm̄ & resti
tutionē est excōicatus excōicatione papali, p pcessum
curie annualē. ❡ Nota q oēs dantes consiliū ad aggre
diendum siue summendum aliquod bellum iniustū si/
ne quorum consilio non fuisset factū uel fieri non pote
terat, tenentur insolidum de omnibus dannis inde se/
cutis. Hec Ray. & alii. ❡ Si participauit ī crimine ra/

pine uel furti uel alteri⁹ iniuste dānificationis i aliquo infrascriptorum modorum qui continentur in his uersibus. Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Participās, mutus, nō obstās, nō manifestās. Tenet in solidū.i.in totū de oī dāno secuto quousq; isti q passus est satisfactum sit. intellige tñ hoc cum distinctione. uidelicet ad primum uersum de tali iussione uel cōsilio uel consensu cooperationis. uel palpo .i. adulatione, uel recursu.i.receptione latronum uel rerum ablatarum, tali dico adulatione & recursu q sine hmōi non fuisset facta rapina uel dānū, alias nō tenet nisi iquātum peruenisset ad eū de re rapta, uel de quanto dāno fecisset cō suis, uel quantum plus fuisset factum propter aliquod predictorum ab eo factorum. ¶ Quantum ad secūdū uersum nota q non obstans non manifestans, & etiam mutus tenentur qñ sunt officiales & pñt impedire dānum & non faciunt, alias non tenētur ad restitutionē, licet peccent si pñt impedire dannum & non faciunt. Tho. in. iiii. dist. xv. q. i. arti. v. q. iii. Item fa fe. q. lxii. vii. Pet. & Alb. ¶ Item etiam plura dicit, uel plura de his referuntur super. c. sicut dignum de homicidio. ¶ Quātum ad participationem istud fieri potest multipliciter. ¶ Vno modo cooperando cum aliis ad rapiendū, & tūc ad illud tenetur quod recepit, uel dānificauit si non fuit in causa principali uel quasi. ¶ Secūdo modo recipiendo per uiam doni de rapina, & ad illud tenetur quod recepit. ¶ Tertio modo per consumptionē rapine, ut uictus uestitus & huiusmodi, sicut famuli raptorum, & famuli usurariorum q hñt oīa de rapina uel usura & tenent ad illud quod cōsumūt. ¶ Quarto modo per dotationem ut maritus qui sciebat socerū non habere nisi bona rapta & usuraria, non potest recipere dotem, & si recipit tenetur restituere, si aūt filia remanet uidua tenetur restituere, dotem, quia

de alieno

de alieno est,sed si nesciebat esse,tūc diuersā est opinio inter doctores, utrum teneatur maritus eius uel filia. sed filia uidetur teneri. ¶ Quinto per emptionem rei rapte uel furate, & si scienter fecit ob sui utilitatē, ultra mortale tenetur ad restitutionē,si inuenit dominū rei, si vero nō reperit pauperibus erogare tenet, vel preciū eius etiā si iā cōsumpsisset. Si vero ignorāter siue ignorātia iuris siue facti a pctō pōt excusari, sed qū scit tenet ad restōnem si nōdū distraxit eriā sine pcio petito a dño rei,sed repetat a vēditore si pt. ¶ Idē de oibus qui successiue emerēt rem hanc nisi prius distraxerint illā rem,quia bona fide distraxerunt,vēdendo nō tenētur ipsi,sed emens eam. De hac materia vide in secūda parte sum.ti.i.c.xii.§.xi.&.xii. Item titu.ii.c.i.§.viii. ¶ Qui impedit aliū iniuste a cōsecutione alicuius officii,vel beneficii,vel officii ecclesiastici vel secularis, vbi sibi erat iam ius acquisitum,tenetur ad satisfactionem talis dāni. Si aūt nondū erat sibi ius acquisitū sed erat in uia acquirēdi, tenetur ad arbitriū boni viri quantū potest illud damnū in ipso dubio estimari. Similiter & qui deiicit iniuste aliquē ab obtēto iuste,vel aliter procurat eiici. Secus cū iuste procedit Tho. ḟa ḟe.q.lxii. arti.ii.ad.iiii. ¶ Qui infert damnum quod in spe restitui nō potest, vt mutilatio mēbri cū quo ille lucrabat: videlicet manū in scribēdo, virginitatem alteri auferēdo precipue per violentiā & seductionem,mortem inferēdo alicui qui suo labore nutriebat familiā, tenetur satisfacere ad arbitriū boni viri. ¶ Qui scienter dando ad vecturā,vel vendēdo equū claudicātem, vel aliter nociuū & nō illi indicando,vnde emptori uel conductori sequitur nocumentū,tenetur satisfacere de hmōi ad arbitriū boni viri. ¶ Si mulier supponit sibi alienū partū, vel cōcepit de adulterio nesciēte viro, tenetur viro de omnibus expēsis factis filio putatiuo, & con/

sanguineis.i.filiis vel aliis heredibus de his bonis qui peruenerunt ad eam. Non tñ tenetur mulier illa manifestare factũ cum periculo vite sue. Ray. sed quomodo agẽdum sit, uide in secunda parte summe, titu.ii. de restitutionibus. ca.vii.§.iiii. ¶ Si existens camerarius siue thesaurarius cõitatis, qui uulgariter dicitur camerlẽgus, seu notarius, seu aliquod habẽs officiũ pro quo est sufficiẽter salariatus, & nihilominus ab his personis cũ quibus exequitur officiũ suũ, puta faciendo cedulas & hmõi aliquid exigit, vsurpatio est, nec puto ꝙ excuset eũ consuetudo sicut nec a rapina. Propter hoc enim statuũtur salaria ne petat ab illis. vnde & peccat & debet pauperibus erogare. Hoc dico quia difficile esset dare tale quid ꝓpriis personis cum quid modicum sit ar.xiiii.q.v.c.non sane. ¶ Si cũ pecuniis cõitatis quas habet in deposito negociatur, & si quid cũ eis lucratus per contractus usurarios tenetur restituere usuras ei a quo accipit. Si uero per cõtractũ licitũ videtur teneri cõitati, saltem pro parte, vel partẽ pauperibus erogare. ¶ Si quis ingressum in religionem bonã educit, vel per violentiam, uel per persuasiones, vltra pctm̃ mortale cõmissum, est excõicatus cũ violentiã infert persone, & tenetur illũ uel aliũ inducere ad religionem in satisfactionem, uel tenetur ipe ingredi si nõ habet impedimentũ ƒm Pet. & Io. De eo vero qui omnino intendit ingredi religionem, sed nũdum ingressus reuocat per aliquẽ ab illo ꝓposito. Idẽ dicũt quidã, qñ.s.nõ est causa iusta, puta quia in illa religione male uiuitur, sed ex causa irrationabili, hec in.ii.parte sum.ti.ii.c.ii.§.i.

¶ Octauum preceptum. Non eris testis iniquus. Capitulum primũ.

De mendacio. Si dixit mendaciũ perniciosum.s. ꝙ sit cõtra honorẽ dei, ut in his que sunt fidei, uel dãnũ notabile ꝓximi spũale uel tẽporale, mortale

est fm Th.fa fe.q.cx.ar.iiii.ver.g.Si dixit fornicatio nē uel usurā nō esse pctm̄ mortale.Si negat qd ipse uel alius debet dare proximo suo ꝙ ipse nouit & hmōi.
¶ Si dixit mēdaciū in iudicio interrogatus a iudice periurus est, & mortaliter peccauit fm btm̄ Th.fa fe. q.cx. ¶ Si dixit mēdaciū in cōfesiiōe de necessario cō fitēdis,mortale est.Idē si in pdicatiōe studiose,mortale est,nisi ex surreptiōe uel subita locutiōe in pmeditate. ¶ Si psona que dicit mēdaciū etiā officiosum est p sona auctoritatis & magne reputationis seu pfectionis,posset p accēns tale mēdaciū esse mortale.si inde se queret graue scādalum in mētibus hoīum. ¶ Si dixit mendaciū iocosum.i.causa solacii, uel officiosum.i.ad utilitatē aliquā cōsequēdā spūalem aut tpalē sine nocumēto alterius,semper est ueniale pctm̄. Th.fa fe.q.cx. ¶ Si dixit falsum testimoniū cōtra aliquē in iudicio, vl accusauit iniuste,ultra mortale pctm̄ tenet de oī dāno leso & ēt ad restōnē fame,ut.s.dicat se falsū dixisse, sed postq̄ ille ē pūit? nō tenet pp piculū qd ei imīeret.

¶ De detractione. Cap.ii.

Detractio est p quā aufert fama alterius & multipliciter. ¶ Si qs iponit alteri aliqd falsum quod sit notabile,mortaliter peccat, & tenet ad restōnem fame,nisi ex hoc imineret ei magnū periculū. Th.fa fe. q.lxxiii.arti.ii.&.q.lxii.arti.ii. ¶ Si ad pctm̄ alterius quod narrat,addit aliqd notabile,ultra pctm̄ tenetur ad restōnem fame, si illud dictū importat infamiam. ¶ Si pctm̄ alterius mortale cū esset occultū ad diffamādū manifestauit aliis,peccauit mortaliter, & tenet ad restōnem fame inquātū pōt, nisi illud crimē postea p aliā uiā esset publicatū. ¶ Si pctm̄ alterius occultū mālfestauit nō intēdēs diffamare,uel alias nocere, sed ex quadā loquacitate nō uidet mortale,nisi p accidēs, videlicet si ex hoc sequeret diffamatio illius,puta quia

audiētes publicāt. ¶ Si accusauit in iudicio uel denū tiauit plato, crimē alterius nō zelo iustitie, sed maliuo lētia peccauit mortaliter, sed ad restōnem fame nō te/ neē seruato ordine iuris. ¶ Si fecit libellos famosos .i. cedulas siue scripta in detractionē alterius ponēs in lo co publico ut legant, aut cantiones & hmōi, mortali/ ter peccauit, & tenet ad restōnem fame. ¶ Si pctm̄ al/ terius etiā manifestū narrat ex odio & intētione nocē di peccat mortaliter, sed ad restōnem fame non teneē. ¶ Si aūt ex loqcitate narrat peccat ueniał̄r. ¶ Si defe ctus aliorū q sunt pctā uenialia cōiter recitauit ex lo/ quacitate, uel aliqua idignatiōe, nō est mortale pctm̄, nisi ex hoc intēderet etiā diffamare. ¶ Si significauit pctm̄ alterius mortalē & occultū plato, uel parētibus, cōfessori, uel aliis q sunt psone nature ut posīit melius prouideri, quod pcipue habet locū, cum timeē de reci/ diuo, nō est pctm̄ sed charitas. ¶ Nota tñ cū qs teneē ad restōnē fame, si falsum dixit, debet dicere his qbus dixit se falsū dixisse nec excusaē, qa sit ei uerecūdia ma gna. Si aūt dixit uerū, nō debet dicere illis se falsum di xisse, quia esset mēdacium, sed iniuste & male dixisse. ¶ Si quis narrat crimē alterius prout audiuit, dicēs se audiuisse sic ab alio dici, licet occultū ex loquacitate uel leuitate, non uideē mortale, nec teneē ad restōnem fame, uel si est, dubiū est de restōne. ¶ Si quis bona fa cta ab alio, dixit mala intentione esse facta, uidelicet ppter hypocrisim & superbiā & hmōi, intēdēs eū dif/ famare, peccat mortaliter. Idem si negat bona facta ab aliquo. Si etiā tacet bona que scit, cū est necessariū ad liberandum proximū. ¶ Si audiuit infamationes & diffamatiōes aliorū. Nam si hoc facit qa delectatur de infamia eorū, peccat mortaliter. Si aūt hoc facit, quia delectaē de loquacitate, sed displicet ei infamatio alio rum, non videtur mortale. In prelatis aūt qui possunt

hmõi phibere, & nõ faciũt, mortale videť, dis.xxv.§. alias demũ in glo. ¶ De hac materia vide ad plenũ in ii.p.sum.ti.ii.c.ii.§.iii.;Itẽ.ti.viii.c.iiii.de detractiõe.

¶ Nonum preceptum de luxuria mentali & eius speciebus Cap.vnicum.

ET nota ꝙ cogitationes cõmittendũ pc̃m luxurie, que sunt cum consensu rõnis semper sunt pc̃ã mortalia, & cõtra hoc p̃ceptũ. Nõ desiderabis vxorem proximi tui, & sunt diuersarũ specierũ, sicut sunt opera carnalia, licet nõ ita grauia mortalia, sicut opus exterius cõmissum. Et cũ dicit penitens se habuisse cogitationes, quibus ex rõne cõsensit, interroget confessor erga quas personas & cũ quibus habuerit, quia si erga cõiugatã est adulteriũ. ¶ Si ad soluta & ipse sit solutus, est fornicatio. Si cũ cõsanguinea, est incestus. Si cũ masculo est sodomiticũ. Si cũ virgine extra matrimoniũ, est stuprũ. Si cũ religiosa, ẽ sacrilegiũ. Si p violẽtiã, est raptus. Interrogãdũ etiã est quotiẽs habuit hmõi cogitatiões, ad aliquã, qa totiẽs peccauit mortaliter. ¶ Si per iterualla tẽporũ hoc fecit, videlicet rõne desiderat fornicari cũ aliqua, postea uero se occupat in aliquo negocio, uel cogitat de gubernatiõe domus & hmõi, & exinde iterũ deliberat fornicari, peccat denuo mortaliter, & sic deinceps. Sed si ɔtinue uersať ĩ tali cogitatiõne per horas, vnũ tantũ pc̃m est, sed tãto grauius quãto diutius perseuerat cogitando. ¶ Itẽ si mutat cogitationes de vna persona ad aliã, uel ad diuersam speciem cũ eadẽ persona deliberans de per se, de qualibet, semper de nouo peccat mortaliter. Vnde si cẽtum mulieres videret, vnã post aliã, & ad quãlibet specialiter animũ determinat, centũ mortalia cõmittit. Secus si vna cogitatione hoc appetit, quia vnũ est, habens deformitatem tot peccatorũ. ¶ Interrogandũ est si diebus festiuis discurrit per ecclesias procãdo mulieres, &

unicum p… catum an… rer defor… tates ha… re posit

si philocaptus ex aliqua secutus est eam, & quãto tem/pore, vide in.ii.par.sum.ti.i.c.xxi.§.vi.Q d dicitur de viro idem dicẽdum est de muliere erga virũ. ¶ De delectatione morosa in cogitatione, infra dicet̃ in.c. de luxuria, & plenius habet̃ in.ii.parte sum.ti.v.c.i.§.v. ¶ Si mulier contentatur habere amatores, & cũ per/pendit aliquem uel aliquos procari uel eam amare carnaliter, ponit se ad fenestrã uel uadit per aliquem locũ vt uideatur ab eo, uel ponit se in ecclesia, uel alio loco publico vbi discurrũt iuuenes ad ꝑcandũ, mortale est, etiã si nõ appetat peccare cũ talibus, quia occasionem ruine prestat, extra de iniuriis & dam.da.c.finali.

¶ Decimum preceptum de desiderio ha/bendi res alienas. Cap. primum.

NOn concupisces rem ꝓximi tui. Vltra preceptũ operis iniuste vsurpationis diuersarũ specierum de quibus dictum est, etiã interrogãdum est de deside rio habito circa res alienas habẽdas, seu acquirẽdas iniusto modo, quod desideriũ, siue cogitatio si est cum consensu rationis & alicuius rei notabilis, semper est peccatum mortale eiusdem speciei cuius est opus illius iniuste acquisitionis, sicut verbi gratia desiderans ha/bere per vsuras, est species vsure. Si per rapinas, est ra/pina. Si per uiã occultã, est furtũ. Si rem sacram est sa/crilegium, & sic de aliis. Ideo interrogandum est quo/modo desiderauit rem alienã, vt habeatur species pec/cati que necessaria est confiteri. In his tamen peccatis cordis nõ tenetur ad restitutionem. ¶ Nota etiam cũ quis dãnificat proximum in minimo, si habet proposi tum dãnificandi in multo si posset, peccat mortaliter. Vnde ementes & uendentes quãdocunq; parati sunt decipere proximum in multo si possunt cõmode, mortaliter peccant, licet actu in modico decipiant.

¶ De auaritia que est primum vitium capitale.

¶ Incipit Secunda Pars interrogatorii in qua tracta tur de modo interrogādi penitentes a confessore de septem vitiis capitalibus & eorū specie/bus. Et primo de auaritia & habet. c. ix.



Varitia tripliciter perpetratur. s. iniuste acquirendo, tenaciter re/tinēdo, & inordinate amando. Habetq; multas species, & filias. ¶ Primus modus. s. iniuste acq/rēdi est de quo supra dictū est in precepto. Non furtum facies. Re stāt tamen aliqua de quibus nūc dicemus. ¶ Secūdus modus. s. retinendi tenaciter & tertius, sci licet amandi inordinate, postea inferius ponentur.

¶ De simonia. Cap. primum.

Simonia que est circa spiritualia & est semper pecca tū mortale in omni casu. ¶ Nota q pecunia que recipitur simoniace, non debet restitui ei qui dedit, sed de necessitate debet pauperibus erogari, vel illi ecclesie in cuius iniuria data est. ¶ Si dedit pecuniam uel ali/quid aliud quod precio possit existimari pro habēdo aliquo sacramēto ut baptismo, eucharistia, benedictio ne nuptiarū, penitentia, ordinatione, chrismate, & ex/trema vnctione, quasi preciū huius sacramēti, cuius si/gnum est quādo datur ut preciū & fit pactio cū dāte. Idem presumitur quando negatur sacramētum si non datur pecunia simonia est, nec excusat cōsuetudo. Se/cus uero est si dat ut eleemosinam & gratis non coa/ctus, sed sponte & ad seruandum consuetudinem non exactus, extra de simonia. c. tua nos. ¶ Si clericus exi stēs, accipit aliquid temporale pro aliquo sacramento dato uel dando, ut precium eius, uel quia aliter non

dedisset, simonia est. ¶ Si dedit aliquid quod precio possit existimari pro aliquo beneficio ecclesiastico simplici uel curato obtinẽdo, simoniam commisit, sed soluendo taxam curie & bullas non reputatur simonia. ¶ Si pro aliquo beneficio ecclesiastico uel dignitate habenda aliquid temporale dedit, simoniam commisit, & idem de cõferentibus beneficia & officia huiusmodi pro temporalibus. Si emit uel uendidit aliquã capellam ecclesie, simonia est. ¶ Si emit uel uendidit sepulturam ecclesiasticam siue sepulchrum ubi ponitur cadauer, siue officium ecclesiasticum, simoniã cõmisit. ¶ Si patronus existens pro pecunia elegit uel presentauit instituendum in ecclesia sua simoniam commisit. ¶ Si emit uel uendidit aliqđ iuspatronatus alicuius capelle, uel ecclesie, simonia est. ¶ Si porrexit preces carnales.i.pro aliquo indigno ordinando, uel beneficiando, simonia est, si intendebat q̃ prelatus ratione precum principaliter assentiret. ¶ Si fuit mediator ad procurãdum alteri aliquod spirituale, ut beneficiũ, ordinem, & huiusmodi pro aliquo temporali, simoniã commisit. ¶ Si conduxit aliquem ad predicandum pactione pecunie & huiusmodi, simoniam commisit, & similiter predicator qui hoc modo acceptauit, simoniam commisit. ¶ Si filiam, uel consanguineam, uel seruam misit ad monasteriũ pactione facta de certa quantitate pro ingressu monasterii, simoniam commisit, necnon moniales, nisi forte monasterium esset adeo tenue q̃ non sufficeret illi prouidere. ¶ De simoniis clericorum uide in tertia parte interrogatorii.c. de clericis. ¶ De hac uero materia simonie habes plenius in.ii.parte.titu.i.c.v.de simonia, per totum.

¶ De proditione. Cap.ii.

PRoditio frequenter ex auaritia fit. ¶ Si p̃didit ciuitatem, vel castrum, vel personam inimicis, vl

tra mortale, tenetur de omni dãno inde secuto. ¶ Si prodidit res alterius, iniuste auferentibus, idẽ. ¶ Si ꝑdidit secreta alterius iniuste, vltra mortale teneť de dãnis inde secutis. Secus si essent secreta iniqua vt coniurationes, & tractatus contra ciuitatẽ, vel nocumenta personarũ iniusta manifestat, quia tunc benefacit & facere tenetur. De hac materia vide plenius, in.ii. parte, sum. titu.i.c.xxii.§.v. ¶ Si recipit aliqd sub sigillo cõfessionis, sed non in confessione, si reuelat, peccat mortaliter, nisi illud eẽt quid iniquũ cui posset obuiari manifestando, & si de hoc perpendit quãdo promisit, peccauit mortaliter, sed nec debet tenere secretum, qa etiã tunc peccaret. ¶ Si legit lr̃as alterius clausas videtur mortale, nisi poneret spem in ratihabitione mittentis, vel eius cui mittitur. hec vide in.ii. parte. vbi supra.

¶ De acceptione ꝑsonarũ. Cap̃.iii.

SI accepit personã in iudicio. videlicet qa magis audit vnã personam q̃ aliã, vel credit vni magis quã alteri non seruato ordine iuris, vel magis declinat ad unam partem quam ad alteram ratione amicitie, & huiusmodi, posset esse mortale. ¶ Si in distribuẽdis beneficiis vel officiis ecclesiasticis vel secularibus admittit indignos, peccat mortaliter & teneť de damnis inde secutis personis. ¶ Si in faciendis cedulis que vulgariteŕ dicunť scrutinia officialiũ scienter admittit indignum, vel qui prohibeť admitti, vel excludit dignũ peccat mortaliter. ¶ Si in distribuendis oneribus, vel imponẽdis collectis ciuitatis, scienter grauat aliquem contra vel vltra debitũ vel alleuiat, peccat mortaliter & si solum ex eis determinatione fieret talis distributio, tenetur damnificatis de dãno, secus vero est si ponunť cum eo plures alii. Et sic cum haberet distribuere eleemosinas alicuiꝰ societatis vel testamẽti & hmõi nõ fidelr̃ distribuit, & si dedisset non indigentibus, vltra

mortale tenetur ad restitutionem, in .ii. parte summe, titu. i. c. ii. §. ii. in fine.

¶ De turpi lucro. Cap. iiii.

¶ Pro horũ aliquali breuissima decleratione nota q͂ error intelligitur de persona nõ de fortuna vel bonitate, cũ. s. quis cõtrahit cũ Betta credẽs esse Catherinam cũ qua. s. intẽdebat cõtrahere. ¶ Cõditio intelligitur de cõditione seruili. s. cũ quis cõtrahit cũ serua credens eam esse liberã. Nam si liber cõtrahit sciẽter cũ serua tenet matrimoniũ, & similiter si cõtrahit seruus cũ libera credẽs esse seruã. Idem videt̃ si seruus cũ serua, licet crederetur esse libera. ¶ Votũ. s. solẽne per professionẽ tacitã vel expressam alicui religioni a approbate, talis et ã esset excõmunicatus. ¶ Cognatio que est triplex. s. naturalis, spũalis, & legalis. Naturalis dicitur consanguinitas, & hec habet tres lineas. s. ascendentiũ, ut pater & auus & hmõi, descẽdentium, ut filius nepos & hmõi, collateraliũ, ut fratres sorores & hmõi, & habet quelibet linea quatuor gradus & exclusiue p̃cipue collaterales. Nam inter ascẽdentes & descendẽtes videtur esse perpetua prohibitio. Hic etiam excõmunicatio.
¶ Cognatio spũalis habet etiã tres gradus, & cõtrahitur in baptismo & cõfirmatione. Primus est inter tenẽtem, ad baptismũ vel cõfirmationem, & eam personam que tenetur que dicitur paternitas vel filiatio. Secundus est inter patrem & matrẽ carnalem eius qui tenetur & eũ qui tenet cum vxore eius, & dicitur cõpaternitas. Tertius est ĩter filios naturales eius qui tenet & illam que tenetur, & dicitur fraternitas. ¶ Cognatio tertia. s. legalis que fit per adoptionem, habet tres

lineas uel gradus. Primus est inter ipsum adoptātē & filiā quā adoptauit, ac etiā filiam ipsius adoptati. Secundus est inter vxorem adoptātis, & ipsum adoptatum, ac etiā vxorem adoptati, & ipsum adoptantem. Tertius est inter filios naturales & legitimos adoptātis, & ipsum adoptatū, & hic tantū cū ipsi filii sunt in potestate patris. ¶ Crimen istud quod habet dirimere contractū & impedire contrahēdo, intelligitur tantum de duobus criminibus. Primū est ꝙ cū mulier machinatur cū effectu in mortē vxoris alterius, ut habeat illum in virū, uel ecōtra, uir in mortem alterius viri ut habeat illā in vxorem &c. Secundū, cū quis dat fidem alicui coniugate ducere eam in vxorem post viri sui mortem, & cū ista promissione sequitur adulterium. ¶ Cultus disperitas, vt si fidelis cōtrahat cum iudea uel pagana permanēte in infidelitate. Secus si cōtraheret cū herita, nam tūc tenet, sed cohabitare nō debēt si esset ei periculū incurrendi in heresim, & peccauit mortaliter cōtrahēs cū tali. ¶ Vis, violētia. s. absoluta impedit & dirimit, & similiter violētia per metū qui pōt cadere in cōstantem virū, & cōtineť in hoc versu. Stupri, atq; status verberis, atq; necis, nisi postea de inuito efficiatur volūtarius. ¶ Ordo intelligitur de ordine sacro. i. subdiaconatu & supra, & talis ꝯtrahēs esset excōicatus. Greci i sacris vti pňt cōtracto, sed nō possūt cōtrahere. ¶ Ligamē. i. si sit alteri ligatus per cōiugiū, etiā per verba de presenti nondū consumatū. nam talis nullo mūdo pōt alteri matrimonialiter copulari, nisi ille cū quo cōtraxerat profiteať in aliqua religiōe. ¶ Et si recederet vnus cōiugū, ita ꝙ p multos annos alter nihil audiret de eo, nō licet alteri contrahere, nisi sciret de morte eius. ¶ Honestas. i. publice honestatis iustitia que oriť ex spōsalibus ꝯtractis cū aliq̄, cū q̄ postea non sequiť matrimoniū pp mortē vel aliā causam,

Nã cũ nulla cõsanguinea illius vsq; ad quartũ gradum cõtrahere põt. Affinitas est pximitas que contrahit p eũ qui duxit vxorẽ, & oẽs cõsanguineos vxoris vsq; ad quartũ gradũ, & vxorẽ ipam & oẽs cõsanguineos viri eius vsq; ad quartũ gradũ, nec illa mulier põt contrahere cum aliquo. ¶ Et nota q affinitas contrahitur etiam per fornicariũ coitum, ita quod ille qui fornicatur cum aliqua non põt cõtrahere matrimoniũ cũ consanguinea aliqua eius vsq; ad quartũ gradũ, neq; illa mulier pt contrahere cum aliquo cõsanguineo fornicantis cum ipsa, vsq; ad quartum gradũ, & scientes contrahẽs in hmõi gradibus affinitatis est excõicatus. ¶ Itẽ nota sicut dixit Pet. de pal. superius fol. xv. in. i. col. q incestus qui cõmittit a pueris nõ hñtibus vsum rõnis, non est de reseruatis epis, nec propter hoc tollit virginitas nec causatur affinitatis. Hec ille in. iiii. dist. xxxiii. q. ii. ar. i. conclusione. ii. ¶ Si forte coite nequibis. In potentia exercendi actum coniugalẽ que põt prouenire, vel ex frigiditate naturali, vel ex malificio vel indispositione membri genitalis viri, vel mulieris. De his oibus impedimẽtis hẽs plene. in. iii. parte. sum. titu. i. c. ii. ¶ Sed nota q non oportet nec expedit interrogare oẽs coniugatos sigillatim de his impedimẽtis, sed de illis tm̃ de quibus possit presumptio haberi, & precipue de impedimento criminis, vel cognationis, vel publice honestatis, sed multomagis de affinitate. ¶ Si tñ quis cognosceret consanguineam eius cum qua iam contraxit per verba de pñti & multomagis si iam consumauit matrimoniũ, matrimoniũ quidem tale non diuidit, sed amittit ius petendi debitum, ita quod petere non põt absq; mortali pctõ, tenet tñ reddere exactus. ¶ Idem de muliere que permittit se cognosci a consanguineo viri sui. ¶ Si vero antequam contraxit per verba de pñti cum aliqua cognouit con

sanguineã eius ita q̃ semẽ emisit intra claustra pudo/ris, non põt habere illam & si iam consumasset cum illa non tenet matrimonium, nec in hoc põt dispensari cũ illa nisi per papã. Vñ añ dispẽsationẽ semp peccat mortaliter exigens & reddens debitum sciẽs dictum impedimentum. Alter vero coniugum nesciens excusat de pctõ ex ignorantia facti pbabilis. De his & oibus aliis qñ casus occurrit, vide plenius in summis. ¶ Si contraxit matrimonium clandestine, quia mortale est, propter prohibitionem ecclesie. ¶ Si hñs votum simplex continẽtie contraxit matrimonium, peccauit mortaliter, nisi sit dispensatus a papa prius, & tenet adimplere votum vsq; ad consumationẽ matrimonii. Nã ipso consumato ipotens fit ad implendũ, & exactus oino tenet reddere expresse vel interpretatiue petenti, sed exigere non põt sine dispensatione, aliter peccat mortaliter. ¶ Si contraxit cum aliqua, vel mulier cum aliquo per verba de futuro, & post matrimonium cũ aliqua contraxit vel de futuro vel de pñti, mortaliter peccauit propter fractam fidem, nisi de communi consensu mutuo se absoluerint, quod fieri debet per iudicium ecclesie. Vel nisi aliquis septem casuum superuenerit, quibus solui possunt sponsalia quos habes in summis. videlicet in tertia parte summe. titu. i. c. xviii. i. iiii. col. Diffusius in summa Hosti. ti. iiii. de spo. & ma. vii. col. ¶ Si post matrimonium contractum p verba de pñti, contraxit cum aliqua mortaliter peccauit, nec tenet matrimonium etiam si esset consumatum, & filios genuisset, sed oportet redire ad primum nisi ille cũ quo prius contractum est ingressus esset religionem ibidẽ professus, vel nisi cum eo papa dispensasset in secundo in quo tñ ẽm theologos dispensare non pot. Sed quia difficile est disputare de ptãte pape, si sine surreptione obtenta est, forsitan transiri põt. ¶ Si contraxit matri

monium, vel filios vel filias iunxit matrimonio añ etatem ligitimã, quia pphibitũ est. ¶ Etas aũt legitima ſm iura est in duodecimo anno si est femina, in quatto decimo si est masculus. s. ad contrahendum per verba de pñti, & ad cõsumãdũ mrimoniũ. ¶ Si cõsumauit mrimoniũ añ bñdictionẽ nuptiarũ, est mortale, vbi s. cõsuetũ bñdici nuptias qa cõtra phibitionẽ ecclie. Et hic aduertẽdũ est quis sponsi non consument matrimonium cum sponsis ante benedictionem, in multis tamẽ locis multas turpitudines & corruptelas faciunt cum eis, illas visitando, vnde interrogandum est de his vbi ista reperiũt. De hoc vide Pet. de pal. in. iiii. dis. xxxii. q. i. ar. iiii. in. ii. iii. & iiii. conclusione. ¶ Si celebrauit nuptias tempore prohibito ab ecclesia, qa mortale est. ¶ Tempora aũt prohibita sunt ista. s. ab aduẽtu vsq; ad epiphaniã, & a septuagesima vsq; ad octauam pasche, & a tribus diebus ante ascensionem vsq; ad octauam penth. exclusiue.

¶ De actu coniugali & peccatis commissis in eodem.

Sciendum est q in actu hoc coniugali aliqua siũt vbi est dubium vtrum sint mortalia an venialia. Aliqua vero sunt que sunt manifeste mortalia. Aliqua in quibus est veniale. Aaliqua in quibus nullum pctm̃ est. ¶ Primo qdem mortale est, si exerceat talis actus extra vas debitum. vel esset si intra vas debitũ, tñ non suscipit semẽ ad euitãdũ generationem. ¶ Si ex actibus impudicis extra actũ matrimonii seqtur pollutio in altero ipsorum. ¶ Si exercens actum coniugalem, habet appetitũ deliberatum ad aliã. ¶ Si se habet ad eam ita inordinato affectu in actu coniugali, q si non esset vxor eius etiam opus carnale ageret cum illa vel alia. Difficile tñ ẽ hoc discernere & cognoscere. ¶ Si alter alteri oĩno exigenti denegat debitum sine causa

legitima propter quod exigens incurrit incontinentiã vel graue scandalum, Esset aũt causa legitima, si notabiliter timeret notabile nocumentũ persone, vel coniugis, vel prolis in vtero, vel quia ex adulterio commisso perdidit ius petendi debitum, uel etiam si in loco sacro petere, qa sic locus violaretur, vel etiam in publico qa contra debitam honestatem. Non est aũt legitima causa oino denegandi debitum petenti i die ieiunoꝝ vel festorum solẽnium, vel ita quã hñt adinuicem per parum tps. ❡ Dubium de mortali qñ qdẽ seruatꝰ vas debitum sed modus idebitus, puta si lateraliter, vel a parte posteriori accedatur ad vas debitum, vel mulier supergrediatur virum, in quibus modis, & precipue i vltio, aliqd dicunt esse mortale, vide Pet. de pal. disti. xxxi. q. iii. ar. ii. ꝯclusione. v. Alii vero vt Tho. & Alber. dicunt ꝙ non ẽ mortale de se, sed põt esse signum mortalis concupiscentie, nec per hoc ipeditur generatio & si non ita apte procuretur, vnde i hmõi noli precipitare sñiam, nec denegare absoĩonem perseueranti i hmõi, sed detesteris & prohibeas quãtũ potes. Quando vero hoc etiam fieret primo & secando modo propter periculum ab orsus. forte tunc esset sine peccato. ❡ Dubium etiam de mortali est tẽpore mẽstruorum & precipue i exigente sciente talem defectum, quem qdam ponunt esse mortale precipue quãdo non est quasi continuus sed consuetus vt mẽsati. Alii dicunt contrarium, vt Pet. de pal. & hec opio est cõior, vnde nec propter hoc deneges absoĩonem. sed prohibeas quantum potes de exactione & exactum admoneas, vt nõ assentiat exigenti. nisi ex hoc timeatur de eius icontinentia. ❡ Dubium est ẽt de exigente debitum a cõiuge permanẽte in adulterio, siue occulto, siue manifesto quod ipse nouit. Hoc quidam dicunt esse mortale in exigente, qa facit contra constitutionẽ ecclesie, vt no.

xxxii.q.i.c.siqs vxorē,& hoc firmat in summa pisana. Sed in summa confessorū & Archidiaconus in rosario mitigant hūc rigorem excipiētes casum.videlicet hoc cum faceret exigens,ad prouidendū incontinētie sue. Sed Pet.de palu.multomagis mitigat hunc rigorem, vt cū non speratur emēdatio ex hoc pmanētis in adulterio,sed potius deterioratio,non peccat exigens,saltem mortaliter. ❡Veniale aūt est exigit actus coniugalis,& si debito seruato vase & modo,tñ principaliter intentione delectationis cōsequēde,ita tñ q̄ sistat intētio infra limites matrimonii. ❡Si exerceat actus coniugalis propter sanitatem corporalē peccatum est qa non adhuc finē ordinatum est.Veniale tñ puto esse pctm̄. ❡In solēnitatibus & ieiuniis exigere debitū aliqua infirmitate.s.concupiscentie ductus, sine cōtēptu tñ sacri tēporis.vel ecclesiastice exhortationis, veniale est ßm Tho.in.iiii.dis.xxxii.ar.v.q.iii.o.& Ray.sed reddens non peccat,cum timet de incontinentia vel scandalo coniugis.Peccaret aūt,si negaret oino. ❡In tpe vero pregnationis exigere.veniale est,si tñ non est periculū aborsus.Reddere vero nullū pctm̄ est. ❡Ante purificatione post partum exigere, seruatis aliis circunstantiis,non videt mortale ßm Guil.Reddere vero non voluntarie,nullū.Exigere etiam vel reddere debitum ante ingressum ecclesie post partum,de se nō videtur peccatum,& possunt mulierieres intrare ecclesiā ante quadragesimū diē absq̄ pctō,in quo tñ est seruāda consuetudo patrie. ❡Actus ipudici qui ibi exercētur,non pertinentes ad opus,sed ad delectationē exercentis,vt tactus & oscula,& hmōi inordinate, cōiter sunt venialia,quāuis ibi posset esse tanta actuum inordinatio,q̄ posset esse peccatū mortale. Sine pctō aūt exercet act⁹ cōiugalis,cū fit cā plis suscipiēde,vel ēt cū fit cā reddendi debitū,seruatis tñ aliis debitis circūstā

tiis, Debet tñ exactus oĩno reddere, & pcipue vir vxori nõ solũ expresse, sed ẽt per signa petenti, nec vir debet vxorem auertere ne petat, propter pericul'ũ. ¶ Fit etiam tertio modo ẽm aliquos sine peccato. s. cum fit causa vitande fornicationis in se vel in coniuge sua.

¶ Interogationes fiende circa statũ mrĩmonii.

Circa predicta sic põt fieri interrogationes. Et primo si vsus est mrĩmonio extra vas debitũ. ¶ Si aliquid fecit ad euitandũ prolem. ¶ Si modo indebito, licet in vase debito, & qũo. ¶ Si vtendo matrimonio habuit intentionem ad aliã. ¶ Si tpe menstruorũ exegit, vel reddidit. ¶ Si in diebus festorum vel ieiuniorum. ¶ Si tpe pregnationis, precipue prope partũ vel añ purgationẽ post partũ. ¶ Si exegit, vel reddidit a permanente in adulterio. ¶ Si principaliter causa delectationis, aut alia, & quã cã & circa hmõi iudicandũ est de peccato mortali, vel veniali iuxta pdicta; vt patet in smmis. ¶ Si oĩno negauit debitũ petenti. ¶ Si extra actus coniugii per tactus secuta est pollutio in altero ipsorum, ¶ Si excõicatus aliquo vinculo cõtraxit matrimoniũ. s. excõicatione maiori, peccauit mortaliter, & precipue quando sciuit, & hoc qa participauit in diuinis. s. sacramento matrimonii. Idem videtur de minori excõicatione, si eã nouit, qa separat a susceptione sacramentorum, & matrimonium est vnũ ex sacramentis ecclesie. ¶ Si existens in pctõ mortali contraxit matrimonium, videtur mortale; qa sacramẽtum suscipit in mortali scienter, precipue vero videtur mortale, contrahẽdo per verba de pñti, qa ibi est essentia sacramenti. ¶ Si contraxit cum aliqua persona per verba de pñti vel de futuro, non intendens habere illũ vel illã in coniugem, sed tñ copulam carnalem extorquere, mortaliter peccauit, quãuis nõ sit ibi realiter matrimoniũ, Cogẽdus tñ est in foro conscie illã ducere,

vel aliter illi satisfacere, maxie si ẽ secuta copula, i quo tñ casu ecclesia iudicaret matrimonium, & cogeret illũ cui obedire teneť. ¶ Si vir noon prouidit vxori & familie de necessariis, non tñ supfluis. ¶ Si nimis causa exaspauit verbis vel factis. ¶ Si zelotipus, & ex hoc nimis suspectuosus contra eam fuit, vel nimis remissus in cure eius. ¶ Si vxor inobediens & ꝯtentiosa & sui sensus fuit erga virum. ¶ Si nimis inculta & negligẽs circa gubernationẽ domus. ¶ Si irreuerens & discola ad soceros & cognatos. ¶ Si nimis dedit de rebus viri, parentibus suis, vel pauperibus plusquam debuit. ¶ Si dedit lniam viro coeundi cum aliis mulieribus cum peregrinareť, est mortale. ¶ Si mulier nõ vult sequi virũ trãsferentẽ domicilium ad quod teneť, nisi eã traheret ad peccatum aut dubitaret de morte sua, aut esset vagabundus. ¶ Si vterqꝫ filios educauit ĩ timore dei, & inobedientia mandatorum eius.

¶ De principibus, rectoribus, & baronibus. Cap. II.

Circa principes, rectores, & barones seculares sic possunt fieri interrogationes, & prout fuerit expediens ꝑm conditionẽ personarũ. Prio si pet vsurpationem, & iniusto titulo obtinuit dignitatem, regimẽ vel dominiũ ciuitatis, vel castri, quia mortaliter peccauit, & semper in ipso manet, dum tenet hmõi vsurpationem, nisi postmodum titulum iustificasset, nec ibi ante iustum titulum põt exercere iudicia sine mortali. ¶ Si ambitiosus fuit ad dignitates & ad regimen nimis aspirans, & si intendit negligere iustitiam ad acquirendum amicos, vt sic in dominio permaneat, mortaliter peccat. ¶ Si prelatis ecclesiasticis, vel aliis superiobus suis non fuit obediens, & admonitiones, & correctiones ab eis factas non sustinuit patienter, & si contẽpsit mortaliter peccauit. ¶ Si scias excõicatiõ s, Vel

interdicti non curauit aut sic ligatus, diuinis, se ingessit, quod est mortale. ¶ Si propter crimen eius, ciuitas est interdicta, quod est sibi ad maius iudicium. ¶ Si propter excōicationē latā in se iudices vel actores vel ministros grauauit. quia vltra mortale, est excōicatus. ¶ Si de factis, aut defectibus ecclesiasticarum persona rum ad eum non pertinentibus se intromisit, vel trahē do ad suum iudicium, & hmōi, peccauit mortaliter. ¶ Et si cepit, uel capere fecit, vel percutere, vel incarce rare clericos, vel religiosos etiam delinguētes, est excōi catus, si non habuit prius lniam a prelato suo. ¶ Si ele ctionem alicuius. malitiose impediuit vel per violen tiā, aliquem intruserit, vel si grauauit aliquod monaste rium, vel collegiū, eo ꝙ nolebat illum eligere, pro quo rogabatur, est excōicatus vltra mortale. ¶ Si ꝓhibuit subditis ne venderēt clericis necessaria, vel eis panem coquerent ex quo nō habuit ab eis quod voluit. ¶ Si patronatus ecclesiarum de nouo sibi vsurpauit, vel bo na vacantium ecclesiarum aut monasteriorū vltra mor tale est excōicatus. ¶ Si posuit talias vel collocans vel alia grauamina clericis vel aliis personis ecclesiasticis sine lnia pape, si nō desistat post admonitionem est ex cōicatus. ¶ Sed fecit statuta vel leges contra liberta tem ecclesiasticam, vel iudicauit fm ea, vel dedit con silium ad hmōi, vel non remouit si potuit, vltra mor tale peccatum, est excommunicatus. ¶ Si noua peda gia instituit non hñs auctoritatem a principe sup hoc vel antiqua seu noua pedagia augumentauit, excōica tus est. Secus si fecit hoc cum licentia principis & cau sa rationabili, & nō tenuit stratā publicā securā, vt de buit, peccauit mortaliter, & tenetur ad restitutionem. ¶ Si a clericis & religiosis theloneum pedagium seu gabellam accepit ꝓ his que deferunt, vel deferri faciūt non causa negotiationis, grauiter peccat, & est excōi

catus, quāuis aliqui vt Io.cal.hac nō admittant, quia nō est recepta, & papa scit, & tollerat, immo ipse facit in terris suis, sed tutius est vt obseruetur. ¶ Si publicos vsurarios alienigenas, & nō inde oriundos ad fenus exercēdum in ciuitatibus suis admittit, vel admissos inde infra certū tēpus non expellit, est excōmunicatus. Et idē si ciuis existēs dedit ad hoc cōsiliū uel fauorem. Hoc verū est si talis est persona ecclesiastica habēs .s. dominiū tēporale. Nam dominus secularis nō est excōmunicatus sed excōmunicādus. c. vsuratum de vsur. lib. vi. Tamen episcopi & supra nō incurrunt, sed alii. ¶ Si nauigātes indistincte depredatus est, vel depredari fecit, uel hoc factū nomine suo ratū habuit quia vt pirata excōmunicatus est excōmunicatione papali. ¶ Si naufragantes expoliauit, uel res eorū ad portus terrarum suarū a mari delatas sibi appropriauit, quod est rapina, & excōicatus est ſm aliquos. ¶ Si incēdia fecit uel fieri fecit, diruit vel fregit ecclesias vel loca religiosa, est excōicatus, & si esset denūtiatus, esset casus papalis. ¶ Si immunitatē ecclesiarū violauit, videlicet faciēdo capere homines in eis ꝓpter debita, aut maleficia, in ecclesia, uel locis priuilegiatis, sacrilegiū committit & potest excommunicari, & est mortale. Secus esset si cōbustiores ecclesiarū illuc fugiētes, uel uiolatores ecclesiarū, quia tunc propter hoc nō gaudēt immunitate ecclesiarū. ¶ Si ecclesias vel personas ecclesiasticas, siue priuilegia earū violauit, vt multi tyranni faciunt. ¶ Si fecit represalias uel permisit fieri aut ab antiquo consuetas extēdit fecit cōtra personas ecclesiasticas, est excōmūicatus, nisi illas reuocauerit infra mēsem. Et si pignorationes de iniuriis & dam. da. lib. vi. Vtrū autem liceat facere represalias cōtra laicos. Vide in tertia parte sum. ti. iiii. c. iiii. ¶ Si ad ecclesias in quibus patronus fuit, nō posuit idoneos, vel non presen

tauit,sed ineptos & idiotas,uel cōcubinarios & alios malos presentauit, uel subditos suos ecclesiarū patronos, tales eligere,aut presentare persuasit.sic mortaliter peccauit. ¶ Si recepit pecuniā vt aliquem presentaret,cū esset pattronus,vel supplicaretur pape vel epō pro beneficio alicui cōferēdo,simoniam commisit, uel etiam absq; pecunia si porrexit preces pro indigno,est mortale & simoniacus. ¶ Si fuit fautor,uel defensor hereticorū,aut etiā scismaticorū, peccauit mortaliter, & est excōmunicatus. ¶ Si impediuit volētes recurrere ad forū ecclesiasticū super causas que ad ipsum forū pertinēt, ne.s.corā ecclesiastico iudice hmōi cause agitentur,uel ad hoc dans consiliū,auxiliū,vel fauorē,est excōicatus. ¶ Si bellū assumpsit iniuste,uel fuit adiutor iniuste bellantis,quia omnia mala que inde sequuntur ei reputātur ad culpā, & tenetur ad restitutionem omniū dānorum inde sequentiū,& hoc nisi ad adiuuādum cū teneretur,& seruiēdū, videlicet quia est miles aut eius vassallus,talis enim adiuuans cū est dubiū,an bellū sit iustū,excusatur.xxiii.q.i.c.quid culpatur. Nō autem excusaretur,si sciret bellū esse iniustū. ¶ Si consulit existens in officio cōmunitatis,q.s.assumatur iniustum bellū,tenetur ad omnia mala & dāna, nisi forte proponeretur in consilio materia modo falso tanq̄ esset iustum, tunc enim ignorantes videntur excusari. ¶ De materia belli & quādo iustū dicat,vide in sum. in tertia parte titu.iiii.c.i. ¶ Si indiscretos & tyrannos officiales fecit,seu preposuit terris suis. tenetur de dānis & malis eorum, si sciebat eos esse tales. Secus si ignorabat,nisi cū audisset,nō remoueret eos si potuit. ¶ Si iniustas exactiones vel colectas imposuit, rapinam cōmisit. Et que dicātur iniusta talia,vel collecta, & quomodo satisfacere debeat, vide in secunda parte titu.i.c.xiii. & in tertia parte titu.iii.c.iiii.§.iii. ¶ Si

posuit iudeos i officiis publicis, quod prohibet.xvii. q.iiii.c.cōstituit. ¶ Si ea que sunt cōmunitatis appropriauit sibi, videlicet syluas.s.& cāpos, & hmōi, mortaliter peccauit, & tenetur ad restitutionē. ¶ Si liberos homines in seruos sibi subiecit. ¶ Christiani enim nō possunt redigi in seruitutem ratione belli, vel etiā capti.non possunt licite emi in seruos.vel empti. vēdi & emi ab aliis non possunt, sed infideles bene rediguntur in seruitutem, & emi & vendi possunt capti in iusto bello, qui si postea efficiantur christiani, nō tamen ex hoc liberātur a seruite, q̄uis sit piū hoc facere. ¶ Si a decedētibus sine filiis accepit bona ipsorum nō permittens eos testari & legare ad placitū, nisi talis patria haberet talem subiectionem a tēpore cuius nō est memoria in contrarium. ¶ Si nimis vindicatiuus fuit. ¶ Si homicidia, mutilationes, incarcerationes, vulnera & hmōi seua, sine iustitia, uel cū iustitia, sed ex odio & vindicta fecit, procurauit, uel permisit & hmōi grauia, sunt mortalia. ¶ Si torniamēta uel duella fieri fecit, uel permisit vel ludos, vel spectacula periculosa anime uel corpori, vt proiicere lapides adinuicem, uel representationes turpitudinū fieri fecit, uel permisit, & non prohibuit, si sine graui scādalo potuit remouere, mortaliter peccauit dist.lxxxiii.c.error. ¶ Si leges statuit quas non debuit vel potuit, quia scilicet iniquas mortaliter peccauit. ¶ Si nimis durus fuit ad dispensandū uel parcēdū in quibus potuit vel econtra nimis facilis ad parcēdum delinquētibus, in preiudiciū iustitie & vtilitatis cōis. ¶ Si feuda vassallis suis absq; iustitia denegauit, vel seruitiū indebitum ab eis exigit, aut fidem nō seruauit. ¶ Si ipse existens vassallus alterius non fuit fidelis domino suo, vt debuit, ſm q̄ in iuramēto fidelitatis exprimitur, vel obsequiū debitum nō prestitit, uel aliquā iniuriā fecit domino.s.alie

nando feudũ, aut diminuẽdo, uel aliquod hmõi mortale est, & tenetur de dãnis. ¶ Si tutelam alicuius sibi commissam nõ fideliter egit, sed bona illius cõsumpsit, & dissipauit, mortale est & tenetur de damnis. ¶ Si ĩ terra sue iurisditiõis sustinuit iniustas mẽsuras, aut iniusta põdera, aut iniusta precia rerũ venialiũ sciẽter mortale est, & teneri uidetᷣ si cõmode põt obuiare. ¶ Similiter peccat, si inducit uel sustinet malas cõsuetudines, aut corruptelas. ¶ Si tolerauit aut sustinuit publicos vsurarios, inde ꝑpter hoc recipiẽs certã quotã, uel summã annuatim mortale est, & tenetur illud sic acceptũ re[illegible]ituerer, nõ vsurarios, sed creditoribus eius, a quibus usure sunt extorte ẜm Tho. in opusculo. xxi. ¶ Si pignus aliquod habuit, cuius fructus nõ cõputauit in sortẽ, vsura est. Et de aliis spẽbus usure, si ĩ aliqua offendit, uel fuit particeps, uide in secunda parte sum. ti. i. c. de usuris, & hic superius, uidelicet ĩ. vii. ꝑcepto. ¶ Si penas uel emendas, in pecuniã propter cupiditatem, uel odiũ, nõ propter correctionẽ delinquentium accepit, uel ultra debitum extorsit, uel penas corporales, aut mortis, in pecuniariã propter auaritiã, cõtra iustitiam cõmutauit, mortale est. ¶ Si permisit in terris suis latrones inualescere, uel malicĩose eis fauens, uel ex auaritia nolens expẽdere ad securandã patriã, mortale est, & tenetur de dãnis & rapinis factis si cõmode poterat obuiare. ¶ Si iustitiam uẽdidit, uel munera iniqua accepit. s. pro administratione iustitie, uel alias iniustitiam fecit in iudicando uel fieri fecit, mortale est. ¶ Si fidẽ promissam uiolauit, etiã inimico, nisi prius ille uiolasset, mortale est. ¶ Si obsides suos nõ liberauit, mortale est. ¶ Si uiduas & pupillos cõtra oppressores nõ defendit, cum potuit. ¶ Si treugas nõ seruauit. ¶ Si nimis sumptuosus fuit & curiosus in uestitu, & apparatu equorũ, & familie cum canibus & aui/

bus, edificiis, & cõuiuiis. Nã ut possint facere hmõi põpas, emungunt populos vsq; ad sanguinem, facientes multa iniusta. ¶ Si fecit edificari domos suas, uel laborare in agris suis, uel uineis, vel ligna portari per rusticos vel colonos, & nõ soluit eis plene de labore suo, nisi ad hoc ex debito tenerẽtur, vel si diebus festis fecit pro se laborare, mortale est, sicut in primo casu, quod tamẽ multi faciũt, & male, nec subditi debẽt obedire. ¶ Si nimis se occupauit in venationibus & aucupiis, uel quod peius est subditos in his grauando, inducens ad hmõi, & quod pessimũ in diebus festis & nõ audi tis diuinis vt missa, ꝓpter quod dominus peccat mortaliter, & omnes & ipse reus est omniũ. ¶ Si propter discursus in hmõi destruxit segetes aliorũ, tenetur eis de damno, uel fecit, uel permisit accipi de blado & feno aliorũ a suis propter equos suos, tenetur de dãno. Idem & de aliis fructibus. ¶ Si histriõibus superflue dedit nũmos, uel nimis turpia representantes, in curia nutriuit, uel concubinã, vel ludẽtes ad aleas & hmõi, que omnia sunt damnabilia. ¶ Si de castitate familie sue nõ curauit sed inhoneste se habentes cũ feminis & masculis retinuit, nec correxit eos cũ posset mortaliter peccauit. ¶ Si vero sit cõiugatus interroga de his habentur in. c. p̃. prout uidebitur fore expediens.

¶ De iudicibus. Cap. iii.

Circa Iudices seu quẽcunq; habẽtem potestatem ordinariã, uel delegatã inquirẽdum est. Primo si iurisditionem, aut potestatẽ recepit simoniace, vt si iudex ecclesiasticus, aut vsurpatiue, quia vsurpata potestas nõ dat auctoritatẽ, vnde iudicando peccaret mortaliter. ¶ Si excesiit fines mandati siue potestatis sue, peccat mortaliter si scienter, uel ex ignorantia crassa. ¶ Si officialis uel iudex alius tiore, odio, cupiditate, uel amore, uel aliqua causa, iniquã tulit sñiam aduertẽ

ter, mortale est, & tenetur ad omne itereſſe parti leſe. ſ. ſi ille pro quo dedit ſētētia nō vult ſatisfacere, uel nō poteſt quoniam principaliter ipſe tenetur Ray. ¶ Si per ignorantiā craſſam ipſe tulit iniquā ſentētiā in iudicio anime tenetur peccat vt prius. Ray. quia debuit ſcire ſe inſufficiētem, & nō iudicare. ¶ Si per negligētiam, quia ſufficiēs erat, & ſi laboraſſet ad inquirendū & legēdum, veritatem inueniſſet, ſed neglexit hoc agete, tenetur, vt prius. Mitius tamen agitur cū eo qui ex inorantia craſſa, ꝙ cum eo qui ex malitia, & hoc habet locū in iudice ordinario nō delegato. ¶ Si delegatus iudex iudicauit bona fide, & de conſilio peritorū tulit iniquam ſententiā, non videtur peccare, aut teneri ad teſtitutionem leſo, tum quia neceſſitate obediētie iudicauit, tum quia ſepe ex certa ſciētia delegantis, aſſumitur qui eſt ignarus iuris, quia bonus vir, quod eſt verum, niſi inquirēdo conſiliū fuiſſet negligēs, aut culpabilis, tunc enim peccat & tenetur ad reſtitutionē. Vul. ¶ Si aſſeſſor inducit iudicem ad ferendā iniquā ſentētiā, excuſatur quidē iudex, ſi ſimplex eſt & habet bonam cōſcientiā. ſ. credēs ſentētiam eſſe iuſtam, & ſi nō fuit in culpa eligēdo aſſeſſorē, quia bonus & ſufficiens cōmuniter credebatur, ſed aſſeſſor peccat mortaliter, & tenetur ad ſatisfactionem leſo, ſiue doloſe ſiue ignorantet inducat iudicem ad iudicandum iniuſte. Ray. ¶ Si iudex ignarus iuris, ſecū ducit aſſeſſorem qui cōmuniter nō reputatur ſufficiēs, uel iniquus, ſi de cōſilio eius fert iniquā ſententiā, licet credat iuſtā vterqꝫ mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem inſolidum. ¶ Si accepit pecuniā in iudicio quod poteſt eſſe quinque modis, & ſemper videtur mortale. Primo ſi accepit vt male iudicaret cōtra iuſtitiā & cōtra conſciētiā, & tunc illa pecunia debet dari ei in cuius iniuriā data eſt. i. q. i. c. iubemus. Secundo ſi accepit vt bene iudica/

ret,vel vt iudicaret & daret sentētiam, vel si accepit, ut non iudicaret cum deberet iudicare,uel ut non male iudicaret. In in his quinque casibus debet restitui ei qui dedit.xi.q.iii.c.non licet. Hec Ray. Et ℞m Vul. in foro penitentie, potest pauperibus erogari,sicut & alia turpia lucra de consilio tamen. ¶Si iudex nullo modo voluit, ferre sentētiam cū deberet, propter hoc aliquis amittit ius suum,mortale est, & tenetur illi restituere litis estimationē.Ray.xxiii.q.v.c.administratores.¶Si iudex accepit aliquid a partibus.¶Vnde nota ꝙ ordinarius nihil potest accipere, etiā expēsas, nisi moderata encenia sponte oblata,vt esculentum & potulētum.dist.xviii.c.de eulogiis. Delegatus potest recipere moderatas expē.quādo.s.est pauper.uel quando oportet eū exire,& equitare pro examinatione cause,uel pro assessore ℞m gl. ¶Si autem papa alicui causam delegauit,nō uidetur ꝙ aliquid possit petere, nec etiā expensas,si sua sibi sufficiunt, nisi oporteat eū exire vel plus ꝗ domi expēdere.Ray.& Vul.¶Si iudex ecclesiasticus,ordinarius,uel delegatus contra cōsciētiam,& contra iustitiā, & in grauamen alterius partis in iudicio quicꝗ facit per gratiā,uel per pecuniā,incurrit suspēsionem ab executione officii per annum cōdēnandus ad extimationē litis,de qua uide in tertia parte sum. titu.ix.c.ii.& in secunda parte ti.i.c.xix.§.iiii. ¶Si iudex ecclesiasticus excōmunicationis senentiā, suspēsionis vel interdicti,nimis de facili fulminat, aut sine premissa admonitione uel sine scriptis,uel alias cōtra ordinē iuris,grauiter peccauit,de his in tertia parte sum.titu.ix.c.i.¶Si iudex quicunqꝫ, dilationes aliquas contra ius fecit,& si ordinem iudiciariū non seruauit. ¶Si partem alteram contra iustitiā grauauit. ¶Si reo fecit questiones, uel positiones seu inquisitiones ad quas respondere non tenebatur. ¶Si ap-

pellationes legittimas non admisit. ¶ Si dolose locū appellandi dedit. ¶ Si post appellationem legittimā nihilominus in causam processit. ¶ Si in dubiis magnis peritos non consuluit. ¶ Si allegationes friuolas admisit. ¶ Si pauperibus, uiduis, orphanis non subuenit, & in aduocatione non prouidit, in quolibet istorum uidetur esse mortale, cum scienter deliquit. ¶ Si iudex illicite relaxauit penam debitam reo, quod fit tripliciter. ¶ Vno modo, quia nō erat summus iudex scilicet prīceps, nec ei publica potestas est plenarie commissa, sed vt iudicet secundum leges & statuta ciuitatis. ¶ Secundo modo, quia & si habet plenariam potestatem, is tamen qui passus est iniuriam, non assentit sibi remitti sed vult reū puniri. ¶ Tertio modo, quando & si iudex habet plenariā potestatem & lesus vult remittere, tamen non est causa iusta. reip. vtilis sed nociua scilicet prebens incentiuū delinquēdi. Hec Tho. secunda secunde. q. lxvii. arti. iiii. & in quodlibet horū peccat mortaliter. ¶ Nota quod qui fingit fraudulenter casum aliquem per quem iudex aliquis uadat, uel mittat ad aliquam mulierem pro testimonio ferendo est excommunicatus. c. mulieres. de iudi. lib. vi. ¶ Si debitam penam auxit uel minuit cum non posset, uel deberet. Quando possit uel non. uide in tertiā parte summe. titu. ix. c. ii. Si etiā mutare possit, uide ibi tit. xxx. c. i. ¶ Si iudicauit secundum allegata & probata condēnans quem nouit innocentem, qui tamen utrum peccet uel non, uel excusetur. uide in tertia parte sum. tit. ix. c. ii. ¶ Si minister iudicis existens executus est iniquā sententiam & iniustam, si pro certo scit innocentem, non excusatur a peccato. Ray. Secus si dubitat, quia tunc excusatur, propter obedientiam. ¶ De pertinentibus vero ad iudicium habes in tertia parte. titu. ix.

¶ De aduocatis, procuratoribus & notariis, Cap. iiii.

Circa aduocatos,procuratores & notarios interrogandū est. Primo si posuit se ad aduocādū cū prohiberetur in iure,scienter hic faciēs, videť peccare. Prohibetur autē infidelis & excōicatus excōicatione maiori,necnon religiosus nisi pro monasterio & de mādato sui prelati,sed & clerici in sacris, vel etiam in minoribus,sed & benificiati prohibentur aduocare in iudicio seculari,nisi in causa propria, & pro ecclesia sua vel pro coniunctis,vel miserabilibus personis. Sūt & alie persone prohibite.de quibus habeť.iii.q.vii.§.iii. Et inter alios prohibetur sodomita,precipue notari9. de iure vel de facto. Iudex vel assessor etiam non pōt esse aduocatus in causa in qua est iudex nec clericus ꝓ extraneis cōtra ecclesiam suā. Ray. ¶ Si aduocatus vel curator scienter defendit causam iniustā, peccat mortaliter, & tenetur alteri parti de oī dāno inde habito. ſa ſe.q.lxxi.ar.iii.nisi satisfaciat clientulus qui principaliter tenetur,& scit iniustitiā,quando.s.obtinet oēm victoriā cause. ¶ Si vero ignoranter iniustā causam defendit.s.putans iustā excusatur ſm modū & consuetudinem regionis,quo ignorantia excusare pōt. Th. vbi supra. Et si ex ignorātia crassa,peccat mortaliter. ¶ Si in principio credebat iustam, sed in processu cause videt iniustam,debet deesse,vel deserere eā, & non ulterius prosequi,alias enī peccaret. Et si obtinet victoriā cause,teneť leso ad satisfactionem,non tñ debet eā prodere aduersario,vel secreta sue cause reuelare, sed inducere clientulum suum ad cedēdū, vel componendū cū aduersario suo sine damno aduersarii. Tho. vbi supra. Dū aūt est ei dubia vsq; ad finem licet ꝓsequi semper illā sinē peccato. Vul. ¶ Si in aduocando vsus est indebito modo videlicet ſm Ray. ¶ Si produxit falsos testes,vel produci fecit,vel corruptos si induxit falsas leges,seu alias probationes falsas iuris vel facti, si menti

tur vel mentiri fecerit, vel docet clientulum suum in iudicio, si dilationes non necessarias querit in grauamen partium, si appellat scienter cōtra iustam sniam in quolibet horum uidet mortale. ¶ Item si non fideliter causam foueat quantum iustitia suadet omittendo. de cōtingentibus ex negligentia vel notabili ignorantia in quo posset esse mortale. ¶ Si procaciter autē dicendo conuitia, vel vociferādo. ¶ si prodidit secreta aduersario suo. Et si per predictum modū vicit iniustam causam, tenet leso de omni damno inde secuto. ¶ Si amittit iustam causam propter suam infidelitatē, vel negligentiam, vel ignorantiam, tenet clientulo suo de omni dāno. ¶ Si aduocatus non prestitit patrocinium iniusta causa pauperum & miserabiliū personarum. Nam si nouit talē causam & scit illum per se non posse iuuari, quia non habet ad soluendū, nec alium videt qui velit eū iuuare, propter quod amittit causam, tenet gratis iuuare si pōt, alias videtur mortale. Th. fa fe. q. lxxi. ar. i. & Ray. ¶ Si imoderatum salarium accipit de sua aduocatione. Nam moderatū petere potest, & aduocatus & iurisconsultus, vt dicit Aug. xiiii. q. v. c. non sane quod moderatum sumitur ex quatuor. s. ex quātitate cause ex labore aduocandi, ex scia & facundia aduocantis & ex cōsuetudine regionis. & fm hoc magis & minus pōt accipere fm Ray. vel ab initio cū facit pactū vel ex post facto cōpleto. Sed ex quo causa est incepta necdum finita, nullum debet facere pactum cum litigatore quem accepit in propriam fidem, quia posset esse occasio magni periculi. iii. q. vii. §. preterea. Item non licet pacisci de quota cū aduocato videlicet decia vel centesima, sed de quāta licet, moderata tñ fm iura. De hac materia vide plene i. iii. par. su. ti. vi. c. ii. & in. ii. p. ti. i. c. xix. ¶ Si iusperitus existēs in causa quam nouit iniustam, consuluit qūo obtineret, mortale est, & si vin-

citur ex consilio eius, tenet leso de oi damno. ¶ Si ex ignorantia crassa male consuluit. ¶ Si non consuluit pauperibus non hntibus ad soluendu. ¶ Si nimis petiit idē dicēdum est sicut de aduocato. ¶ Si procurator existens defendit scienter iniustam causam. ¶ Si non fideliter & sollicite fouet iustā. ¶ Si pauperibus non prestauit patrocinium. ¶ Si nimiū petit salariū, idem dicēdū videtur sicut de aduocato. ¶ Si notariꝰ existēs aduertenter falsauit instra, peccauit mortaliter & tenetur de oi dāno secuto. ¶ Si maliciose occultauit iura aliorum seu instrumenta & non assignauit aut destruxit vel aliis dedit, vltra mortale tenet de oi dāno. ¶ Si ex ignorantia notabili vel negligentia, male dictauit instrumenta vel testamēta cū defectibus, vñ oriuntur litigia vel perdūt bona aliorum peccat mortaliter, & tenet d oi dāno leso exide. ¶ Si fuit rogatꝰ in testamētis eorum qui nō erant sui sensus scienter, tā quam vsum rationis liberū habentium, mortale est, & tenetur de oi dāno lesis. ¶ Si in instrumentis suis nō est vsus solēnitatibus legalibus, vnde validantur contractus, quia mortale est, & tenetur de omni damno ¶ Si fecit instrumenta in fraudem vsurarum scienter mortale est, & est periurius. ¶ Si notarius in officio est salariatus sufficienter a cōitate, & accepit etiam ab his pro quibus scribit gratias, litteras, & hmōi, vel non salariatus a cōitate, accepit de consuetudine pro labore suo vltra debitum & equitatem, peccauit & tenetur ad restitutionem. ¶ Si diebus festiuis sine necessitate, sed ex cupiditate fecit instrumentum, vel cotale videtur. ¶ Si fuit rogatus, vel dictauit vel redegit in scriptis statuta contra libertatem ecclesiasticam mortaliter peccauit estq; excōicatus. ¶ Si notariꝰ existens epī pro scribendis noībus ordinandorū vel literis ordinationum accepit pecuniā, quia si salariatus est

Procurator—

ab epo, simoniam cōmisit, si vero non salariatus, satis accepit, vt de lucro, participet ordinator, simonia est. De qua vide plenius in.ii.parte summe. titu.i.c.v.§.xvi. Item in.iii.parte.titu.xxi.c.ii.

¶De doctoribus & scholaribus. Capitulum.v.

Circa doctores & scholares inqrendū est. ¶Prio si docens publice leges vel physicam, admisit ad lectionē suā scienter, religiosos, vel sacerdotes seculares vel alios clericos non sacerdotes sed in dignitate constitutos, quia excoicatus est qn̄ aliquem predictorū ad uertenter admittit simul cum illis.c.super spe.extra ne cle.vel mona. ¶Si docens aut leges in quacūq; facultate etiam i sacra theologia.admittat religiosum exeūtē de monasterio cū habitu ad audiendū sine lnia prelati sui sciēter, est excōicatus cū eo, qa participat in crimine. Idem si cū lnia plati sui, sed sine habitu ad lectionem recipit ẜm Lapum. ¶Si magister vel scholaris existens Bononie tractat cū aliquo ciue bononiēsi de cōductione hospitii irrequisitis inquilinis nisi tp̄s cōductionis fuerit elapsum, excōicatus est extra de loca.c. ex rescripto. Et hec excōicatio non habet locū nisi Bononie. ¶Si quis ex eo pacto receptus est in canonicū, vt scholas teneat, simoniacus est, vn̄ & mortale, sed vacante prebenda pōt ei annecti hoc onus docendi licite. Hosti. & Ber. ¶Si aliquid exigatur vel promittat̄ pro lnia docendi. quāuis ẜm Hosti, non sit simonia est tn̄ contra iura. vnde & mortale, quod patet ex pena ꝓpter hoc imposita, quia exactū restituit̄ & debent exactores officiis & bn̄ficiis expoliari. extra de magistris c.i. ¶Si magister habet beneficium vel salarium sufficiens pro docendo. si exigit a scholaribus, simoniā cōmittit precipue a clericis & pauperibus exigēdo, quia vendit doctrinam & tenet̄ ad restōnē. Hec Hosti. &

Ray. ¶ Si aũt non sufficit salariũ, ei põt, exigere. si tñ sit idoneus in docẽdo, alias non. A pauperibus aũt hõ debet exigere. Oblata vero gratis, semper põt accipere, & multomagis si nullum habet salariũ, põt recipere collectã pro labore. ¶ Si magister festum colendũ de iure, vel de cõsuetudine. non vult cõcedere nisi pro pecunia, vel econtra non colendo concedit colendũ pro pecunia, simoniam committit. Ray. ¶ Si magisteriũ inde querit ineptus & valde ignorans, vel recipit, videtur esse mortale propter periculũ quod sequitur, qa rõne magisterii datur fides in quibus requiritur, vnde nocumentum proximo sequitur ex cõsilio malo, & hec pcipue in theologica facultate, & admittẽs tales sciẽter ad magisterium, etiam videtur mortaliter peccare. ¶ Si qrit gradus vel magisteriũ, non ad vtilitatẽ aiaꝝ & dei honorẽ, sed ad sui ostentationem, & honorem ptinet ad ambitionem, ideo vide de ambitione & quando mortale est vel veniale. in secunda parte summe. titu. iii. c. iiii. ¶ Si inde querit exemptionẽ vel diuitias vel libertatẽ totum est dãnabile pͤsertim in religiosis. ¶ Si docuit publice in theologia, existens in mortali notorio. peccauit mortalr. Th. in. iiii. dis. xix. q. ii. art. ii. q. ii. ¶ Si scias phibitas legit vel didicit, vt nigromantiam vel artem notoriã & hmõi, mortale est, vel si notabiliter ignorans se ad docendũ posuit, & erroes notabiles docuit, est mortale. ¶ Si non adhibuit diligentiam ad profectum scholarium in scia & moribus quam debuit, faciens nimias vacationes, vel non vtilia sed curiosa docens, vel de moribus eoꝝ non curans nec compescens in quo potuit, in hmõi negligentiam notabiliter committens, mortale est. ¶ Si vniuersitatis iuramenta non impleuit, mortale est peccatum. ¶ Si se iactauit de doctrina, vel aliis detraxit se preferendo, vel eis inuidit, vel sectas nutriuit ĩter scholares,

vel scholares alterius doctoris ad se traxit iniuste, vel pompose indutus est. de quibus vide supra in pctō inanis glorie de hmōi grauitate. ¶ Si scholares non fuerunt obedientes doctori in his in qbus tenentur. ¶ Si rixas inter se fecerunt. ¶ Si minus aptum elegerunt ad legendum ex causa iniusta. ¶ Si dimiserunt ieiunia ecclesiastica cum ieiunare possent, vel misse auditionem in festis vel alia sacramenta. ¶ Si contendunt in disputatione contra veritatem ne videantur succumbere. ¶ Si superbiunt ex scia. ¶ Si aliquem malum finem intendunt ex scientia sua vt lucra iniusta, curiositates, ambitiones, & huiusmodi. ¶ Si sunt negligentes in studio. ¶ Si prodigi in expendendo, & de aliis inquirendi sunt prout videbitur expedire de dictis supra in prima pte interrogatorii in & secunda. ¶ Si nimis ardenter studit in libris gentilium propter ornatum, minus vacans studio vtiliori, vel necessario, vel sacte scripture precipue quo ad religiosos, vel ī poeticis propter materiam turpem, quia istud est mortale. xxxvii. di. c. ideo prohibetur.

¶ De medicis. Cap. vi.

A Medico quere si posuit se ad praticā ī medicina sine sufficienti peritia, quia si parum vel nihil studuit, videtur mortale, quia exposuit se periculo occidendi homines. ¶ Si peritus & sufficiens existēs omisit aliquid de contingentibus circa infirmos quos habet in curā ex negligentia, quia ex negligentia notabili, vñ secutum est magnum nocumētum infirmo vel sequi potuit, male pōt excusari a mortali. Si vero parua negligentia est veniale, vt si non visitat infirmos sollicite & hmōi vbi tñ non est periculū. ¶ Si dedit medicinam vel consilium pro salute corporis in periculū tñ aie, propter que veniat quis ad peccatum. i. contra p̄cepta, puta vt fornicetur quis, vt euitet certas infirmi

tates, vel medicinā dat pregnanti ad occidendū puerum pro conseruatione matris, vel potum inebriantē, & hmōi, mortaliter peccat. & hoc ꝓhibet in.c.cū īfirmitas, extra de pen. & re. ❡ Si se ꝯuadit preceptum factum medicis, s. ꝙ inducant infirmos qñ primo vocantur ad visitandum eos ad confessionem faciendam, qa omittendo hoc. s̄m doctores peccat mortaliter, vt.d.c. cum infirmitas. de peni. & remis. ❡ Si pauperes infirmos quos nouit non valentes soluere non visitauit gratis, quia ad hoc tenetur & etiā soluere pro eis medicinas si pōt, alias mortale est. dist. lxxxiii. c. i. & i gl. super verbo inferas. ❡ Si nimis largus fuit ad inducē dū debiles ad frangendum ieiunia ecclesie sine rōnabili causa quod frequenter faciunt non est sine peccato. ❡ Si vero etiam sanis dissuadet ieiunia ecclesie dicēs nociua esse. & sic inducunt ad frangēdū ieiunium sine causa, mortale est. de pe. dist. in. i. c. noli. ❡ Si dedit medicinam dubiam sanationis vel mortificationis, videtur mortale. Et vt dicit. c. cū infirmitas, extra de peni. & remis. potius debet dimitti in manibus dei, q̄ exponi periculo medicine. De emulatiōe vero & detractione quam faciunt medici interrogandum est prout habes supra in. ii. parte interrogatorii. videlicet in pctō inuidie. Item in secunda parte summe. ti. viii. c. iiii.

❡ De aromatariis.

SI in componendis medicinis non ponunt que ordinat medicus cum non habent, vel ita bona vt est necesse, in quo offendunt medici non facientes ante se componi, nam si ex hoc sequitur graue periculum infirmo, vel non operatur sanitatem quam fecisset si bene fecisset illam, mortale est, & etiam ī medico si hoc dissimulauit. ❡ Si docent vel vendunt ea que procurant abortum ad illud faciendum, vel vendunt venena his quos credūt abusuros, mortale peccatū est.

¶ Si sophisticant aromata quod frequenter faciunt, ponentes in eis vnum pro alio, vel in electuariis, syrupis, speciebus, & confectionibus, in cereis faciētes malas mixturas, & vendentes pro puris, quia vltra peccatum tenentur ad restitutionem illis ad quos tales res vendunt, seu erogare pauperibus cum incerti sunt. ¶ De nimiis preciis, periuriis & mendaciis & diminutis ponderibus & aliis pctīs q̄ faciunt. Interrogandum est prout supra. i. c. de fraudulentia. in. ii. parte interrogatorii. videlicet i. vii. precepto. in. c. de fraudulē. & diffusius in. ii. parte sū. ti. i. c. xvi. item. i. iii. parte titu. viii. c. iiii. §. vi.

¶ De mercatoribus campsoribus & prosonetis. Cap. vii.

A Mercatoribus campsoribus & prosonetis querēdum est, si misit non solum arma & lignamina sed etiam quecunq; mercimonia ad Alexandriam vel partem Egypti, vel terra sarracenorum soldano subiectas, qa excōicatus est excōicatiōe papali si nō habuit lnīam a papa. Dicitur q Veneti hn̄t. ¶ Si negociantur non propter aliquem finem honestum, puta sustentationem familie sue ex lucro moderato, vel propter sustentationem pauperum, vel prouisionem eorum, p ciuitate & hmōi, sed negociantur propter auaritiā & ad thesaurizandum, est mortale pctm̄, si i lucro constituunt finem, vel si inntendunt lucrum per fas & nefas si pn̄t. Hec vide in. iii. parte sum. titu. viii. c. iiii. ¶ Si composuit secum aliis mercatoribus q non vendant de aliquo minori precio quam conuētū fuit inter eos quod est excessiuum, vt sic cogātur persone emere caro precio, pctm̄ est & legibus prohibitum. Hosti. ¶ Si vendunt merces pro maiori precio quam valeat, & ex eo q non solum fecit ei terminum, sed etiam mutuat ei pecuniam aliquam, vsuram committit. ¶ Si vendendo

dēdo mercantias suas, puta lanā vel pannos recipiēdo pro precio alia mercemonia, puta sericū, pro aromatibus vel alia ꝙ vulgariter dicitur barato, multo maiori precio vēdit sic, q̄ si reciperet pecuniā pctm̄ est iniustitie & mortale, nisi ille cui vēdit etiā lūge maiori precio tradat res suas, tunc potest vnus excessus cōpensari cū alio si sunt quasi equales. ❡ Si vendēdo ad terminum, plus iusto precio vēdidit, ratione dilationis tantum. Et de diuersis spēbus cābiorū & variis modis cābiorū, vsurarū & fraudulētius in quātitate & qualitate & substantia rerū. Interrogandū est prout habes supra in. c. de vsurpatione rei aliene. in prima parte interrogatorii, videlicet in septimo precepto in principio. & in secunda parte sum. titu. i. ❡ Si fraudauit uel fraudari fecit, vel alius pro eo, iusta pedagia seu gabellas, mortale est, & tenetur ad restitutionē. Secus de iniustis, vel cū non tenētur loca illa tuta a latronibus (propter quod hec soluuntur) propter defectū dominorū. ❡ Si dedit falsas monetas vel diminutas scienter pro bonis, vel eas diminuit, est pctm̄ & tenetur ad restitutionem. Secus si accepit monetas valētes in loco pro eo quod valent ibi & mittēs ad aliū locū vbi plus valent plus petit. ❡ Si faciens societatem cū aliis non fideliter se habuit, aliqua occulta lucra sibi soli retinens, tunc ad satisfactionem tenetur, nisi certus esset ꝙ socii tantūdem occulte subtraxissent. ❡ Si fecit pro aliis securitatem cū fraudibus. nā sine fraude assecurare merces per mare vel per terrā, & inde querere emolumētū plus & minus s̄m quātitatem periculi, nō videtur illicitum, cū subsstet periculo magno. Assecuratio vero pecunie per modū satisfactionis, que vulgariter dicitur scripta, vbi nullū est periculū & dānū, non est tutū quātum ad conscientiam. Secus si sibi est periculum ibi. ❡ Si accepit pecuniā aliquā sub nomine depositi, te/

spondēs sex vel octo pro cētenario, & cū illis pecuniis lucratur ipse mutuando, vel aliis illicitis contractibus ad rationem.x.pro cētenario & hmōi, commisit duo mortalia, vnū est accipiēdo, aliud mutuando, & tenetur de vsura. ¶ Si se intromisit in barocholis ritrancolis achasinis que vocabula nō de claro ob breuitatem. sed de his vide in secunda parte sum. titu.i.c.viii.§.v. quid malicie sit in eis. Achasinū dicitur qn̄ quis gerit negocia stipēdiariorū. Idem si dominorū laborans pro eis, & cū mutuat eis pecunias cū expēdit. recipiēs inde certū lucrū vel salariū & quantū meretur labor pro iustis causis potest accipere, vnde pro bellantibus iniuste nō potest accipere ratione mutui, nihil plus, alias vsura est. ¶ Si vsus est periuriis & mendaciis emendo & vēdendo que solēt esse his cibus & potus. Et de his dic vt supra in prima parte interrogatorii.s.in secūdo precepto.c.i. ¶ Et cum stat in tali proposito vtendi mēdaciis & periuriis & dolis qn̄ occurret, semper est in mortali, vnde nō est absoluēdus, nisi disponat abstinere ab illis vbi est mortale. ¶ Item si emit res raptas vel furatas per mare uel per terram. dic vt supra in secunda parte interrogatorii.c.viii. ¶ Si emit uel uēdidit diebus festiuis absq; necessitate, sed pro cupiditate, vel fecit ratiocinia librorū, vel fecit fieri suis discipulis. dic vt supra de obseruatione festorū. ¶ Si fuit pro soneta seu mediator qui dicitur sensale cōtractuū fraudulentorū sciēter, mortale est, & tenet̄ leso satisfacere. ¶ Si fuit mediator cōtractus vsurarii, intēdens vtilitatem vsurarii & suam magis q̄ accipientis sub vsura, mortale est, & si ipse induceret ad mutuādum alios ad vsuras qui hoc nō cogitabant, videtur tenere ad restitutionē. ¶ Si mediator extat in aliis contractibus vt vēdēdo domos, equos, & alia aīalia, & male cōsuluit emptori in eius dānum, vel sui vtilitatem & vendito/

ris,peccat mortaliter,& tenetur leso ad omnem satisfa ctionem,& econuerso tenetur si in dānum vendit o ris consuluit.¶ Si in fiendis matrimoniis vtitur menda/ciis & hmōi in notabile dānū cōtrahētiū,peccat mor/taliter. Hec vide in tertia parte sum.titu.viii c.iiii.

¶ De artificibus,& mechanicis. Cap.viii.

SI fecit artem,cuius opus est cū peccato, vel ad pec catū mortale, vt plurimū sicut facere taxillos,serui re vsurariis in illa arte,militi in bello iniusto, nauigio piratorum,lenocinio, in tenēdo baratariam & hmōi, oportet q dimittat ex toto artē, alias nō est absoluē/dus.¶ Si artem facit cuius artificiū potest esse ad bo/nū & malū finem & vsum, vt gladios,balistas, lāceas, uenena,& hmōi, si uerisimiliter potest estimari q em/ptor uelit ad malū usum,nō potest facere uel uēdere fa cta,ut puta i bello iniusto. secus si dubitat. ¶ Si qua etiā facit,que sunt ad malū vsum quasi semper vt face/re fucos,& serta,& hmōi debet dimittere. ¶ Si men/daciis utitur periuriis,dolis,malis mensuris, uel pōde ribus.¶ Si festiuis diebus laborauit. ¶ Si nō ieiuna/uit cū posset moderādo laborē,de quibus dic ut supra in prima parte interrogatorii, uidelicet in.iii.pcepto.

¶ De lanificibus.

¶ Si vēdidit pannū lane minus pciose pro pāno lane magis preciose,& sub isto pcio, uel unius tincture pro alia,uel cū aliquē defectū habētē,ac si nō haberet, nil minuēs de pcio, uel si in festis fecit lanā tēdere sine ne/cessitate. Vel cū non plene soluit laborātibus & hmōi, in his enim maius & minus peccatū sm materiam.

¶ De setariolo.

¶ Si textoribus serici,preciū sui laboris dat non in pe cuniā sed in rebus diuersis,puta pāno serico,tritico,& hmōi,& cum ille nō indigeat illis,oportet eū uendere minori precio q ille receperit,peccat mortaliter, & te/

netur ad restitutionem de damno nisi a principio cum eo sic conuenerit ꝙ daret de huiusmodi tali precio, tunc autem non videtur deceptio.

¶ De tabernario & hospite.

¶ Si vẽdit vnam speciem vini pro alia, uel limphatū vinum pro puro, uel ad clarificandū vinū fecit aut misit aliqua nociua corporis, uel non dedit plenas mensuras, vel in taberna tenuit meretrices & ribaldos, vel lusores ad taxillos, uel aduertenter dedit his quos vidit inebriari, peccauit in quibusdam mortaliter. In aliis uero uenialiter & tenetur de damnis.

¶ De macellario.

¶ Si vẽdidit carnes corruptas ꝓ sanis quod est mortale. Si vnam speciem pro alia, vt caprã pro castrono, & hmõi, uel diminutum pondus, vt. xi. vncias pro libra, peccauit mortaliter, & tenetur de damnis.

¶ De pistore.

¶ Si fecit panem nimis ponderosum ex aliqua sophisticatione, ita ꝙ ementes sint decepti, uel minoris ponderis q̄ debet, vel farinam bonam alterius accepit cui fecit panem & posuit minus bonã, uel cum nimio furfure, peccauit & tenetur satisfacere.

¶ De sutore pannorum.

¶ Si quod restat sibi de serico uel panno, uel tela, uel aliis sibi datis ꝓ fiẽdis uestibus, retinet sibi, furat̃ illud si sit quid notabile, nisi ille diminute dedisset sibi mercedem laboris, & illud capit sibi ad supplendum tantum, vel vbi esset in pacto. ¶ Si noctibus vel diebus solennibus absq; magna necessitate laborat, vel si facit nouas inuentiones vanitatum.

¶ De aurificibus.

¶ Si vtitur, uel si uẽdidit aurum uel argentum archimiatum pro uero, uel aurum minus purum pro magis puro, peccat & tenetur de damno. ¶ Si emit calices

sacros non conflatos pro se, quod prohibetur.

¶ De cerdonibus.

¶ Si vendidit vnam speciem corii pro alia minus bona in sutularibus.

¶ De fabris.

¶ Si ferrum pro calibe uel malum ferrum.

¶ De locatoribus equorum.

¶ Si scienter locauit equũ defectuosum uel periculosum & hmõi, quilibet tenetur ultra peccatum de damnis, & sic dic succurrendum est per alias artes.

¶ De histrionibus.

¶ Si histrio fecit representationes & iocos in uerbis vel factis turpia continentes, uel in ecclesiis, vel in diuinis officiis uel temporibus indebitis, est peccatũ plus vel minus graue ẽm quantitatem.

¶ De citharizantibus.

¶ Si musicus citharizauit ad cõgregationes illicitas, uel in ecclesia in organis pulsauit ballatas, puto mortale in pulsante & procurante.

¶ De seruitoribus & laboratoribus.

¶ Si infideliter operati sunt idest non bono modo ex incuria & negligentia, uel non tantum quantum commode potuerunt, peccatum est.

¶ De agricolis & rusticis. Cap. ix.

SI credit explice mysteria que cõmuniter solẽnizat ecclesia, vt incarnationem, passionẽ, & resurrectionem. ¶ Si scit dominicã orationem. ¶ De obseruatione festorũ & ieiuniorũ si tamen potest. ¶ De auditione misse in festis. ¶ De cõfessione & cõione semel n anno fienda. ¶ Si recepit sacramẽtũ cõfirmationis uel non, quia tenetur si potest. ¶ Si tenuit proprios filios ad baptismũ uel confirmationẽ quod est ꝓhibitũ. ¶ De mendaciis uero & periuriis & blasphemiis & ebrietatibus interroga. ¶ Si ad meretrices accessit,

quod aliqui non credunt esse mortale, nec tamen talis ignorantia excusat eũ. ⁋ Si decimas nõ soluit saltem ẜm cõsuetudinem loci illius, quia peccauit & tenetur satisfacere de preterito, si sacerdos nõ remittit, vel etiã oblationes ẜm consuetudinem loci nõ dedit. ⁋ Si de excõicatione nõ curauit, sed ingressit se diuinis, uel cõtẽpsit vitare excõicatos, quod est mortale pc̃tm. ⁋ Si nocuit per se vel per familiã suã, uel animalia, puta discurrẽdo per prata aliorũ, uel mittẽdo uel permittẽdo animalia intrare ad pascendũ, uel si mutauit terminos possessionũ, uel arrando adunat de terra proximi vicini agro suo, in his peccauit ẜm quãtitatem dãni quod intẽdit facere, & tenetur satisfacere. ⁋ Si dolũ commisit in agricultura, uel notabilem negligẽtiã in dãnũ patroni, vt non fimãdo terras, uel cultiuando, vel seminando, uel recolligẽdo fructus debito tẽpore propter quod deperierunt, uel boues nimis fatigãdo, vnde destruuntur & precipue ad lucrũ habendũ suũ, peccat & tenetur de dãno. ⁋ Si tenens possessionem ad affictũ male tractauit, uel si partiarius non respõdet dominis de quantitate tota debita, fingens se minus recollegisse, tenetur dominis de dãnis. ⁋ Si animalia tenẽs ad socidam nõ respondet ex integro danti de lana, caseo, & fetibus & hmõi. In his est peccatum mortale uel ueniale ẜm quãtitatem dãni, & tenetur satisfacere. ⁋ Si diebus festis laborauit & precipue tẽpore messium & uindemiarũ absq; magna necessitate, uel detulit ligna uel uictualia dominis suis, mortale est. ⁋ Si uacauit ludis choreis & aliis vanitatibus. ⁋ si gubernauit familiam ẜm precepta dei & ecclesie. ⁋ De superstitionibus & falsis opinionibus, que solẽt abundare in eis. ⁋ Si habet uota que impleuit uel non. De uitiis diuersorum artificum, uide diffusius in tertia parte summe, titu. viii, c. iiii.

¶ De pueris & puellis. Cap.x.

INquirẽdum est de mendaciis & periuriis. ¶ De votis nõ impletis, que tñ non obligant si irritãtur a parẽtibus ante annos pubertatis. ¶ De missa non audita in festis. ¶ De cõfessione & cõione fiẽda semel in anno. ¶ De irreuerẽtia ad parẽtes & maiores. ¶ De rixis. ¶ Si uerberauit clericũ, qa si est doli capax excõicatus est. ¶ De furtis factis de rebus parẽtum uel magistrorũ suorũ. ¶ De detractionibus & turpibus uerbis auditis uel dictis libenter. ¶ De cõtumeliis adinuicem. ¶ De inuidia & aliis prout uidetur plus & minus ẽm etatem & sensum, precipue de uitiis carnalibus cũ masculis & feminis, uel per seipsos cõmissis, uel adinuicem, que hodie abundat in ipsis propter malas societates & occultant. ¶ Interrogandi sunt cũ magna cautela & a longe ut nõ adiscant que ignorãt. Multomagis hoc seruandum est erga puellas. De omnibus predictis si credunt tunc habuisse usum rationis, iudicandum est de mortali aut ueniali ẽm regulas datas in prima & secunda parte interrogatorii de illis.

¶ De clericis in communi. Cap.xi.

CIrca clericos in communi. A quolibet clerico potest interrogari cũ uidetur expedire, ut qñ talis clericus est ignotus, si accepit aliquem ordinẽ per simoniam, quia per hoc peccauit mortaliter & est suspẽsus ẽm iura antiqua, nec potest exequi susceptũ uel promoueri vlterius, nisi prius per papã dispensetur, quod uerũ est si ipse fuit cõscius simonie, qa ignorãte eo, potest per aliũ etiã dispẽsari, alias enim semper peccaret mortaliter exequẽdo, nec excusat eũ iuris ignorantia. Hec Ray. in sum. lib. iii. c. xxix. de lapsis & dispẽsationibus. ¶ Si accepit aliquem ordinẽ licet nõ per simoniã, tamẽ a simoniaco in ordine uel dignitate, siue occulto, siue manifesto, est suspẽsus & indiget dispensatione pape.

Sed dum ignorat factū.s.eum esse simoniacum excusatur a peccato exequēdo officia sua, sed cū certificatur non potest exequi sine dispēsatione. ¶ Si suscepit ordinem a simoniaco in ordine cōferēdo, uel beneficio notorio, similiter est suspēsus. Secus si simonia non est notoria. Dū uero nescit, excusatur modo pdicto; sed nō postea qn̄ certificatur, sed indiget dispēsatione pape, alias nō potest exequi. Ray. ¶ Si recepit ordinē habēs aliquā irregularitatem, ut homicii, mutilationis, illegitimationis, & hmōi, si absq; dispensatione, peccauit mortaliter, nec potest exequi absq; dispēsatione, alias peccaret mortaliter. ¶ Si recepit ordinem existens excommunicatus, uel suspēsus, uel interdictus, peccauit mortaliter, & non habet executionem. ¶ Si exequitur officium alicuius ordinis, ut cantando epistolam, uel legēdo euāgeliū, ut diaconus in aliqua predictarū irretitus sentētia, peccauit mortaliter, nisi ignorantia facti eū excuset, & ex irregularis Ray. ¶ Si accepit ordinem in aliquo peccato mortali scienter, peccauit mortaliter. Hec Ray. in summa. lib. iii. c. xxix. de lapsis & dispen. Et quotienscunq; exeqtur officiū alicuius ordinis in mortali, ut accolitatū, subdiaconatum, diaconatū, ministrādo aliquod sacramentū solēniter, ut baptizando, cōicando, cōfessiones audiēdo, & hmōi, mortale est. Tho. in. iiii. dist. xxiiii. ar. iiii. q. v. ad. iiii. ¶ Si extitit publicus cōcubinarius, uel alias notorius fornicator, est suspēsus ab executione officiorū suorū, precipue a celebratione misse, & si exequitur sic suspēsus efficitur irregularis indigēs dispēsatione pape, alias non potest exequi. Host. ¶ Si nō portauit tonsuram ex leuitate & lasciuia, mortale uidetur. ¶ Si se exercuit in negociis secularibus negociando & hmōi, uel si tenuit tabernas ibi ministrans, uel si ludit ad aleas & taxillos uel se immiscuit enormitatibus, uel turpibus, uel tripu

diis cum feminis. ¶ Si vsus est officio ordinū sine debi/tis ornamentis, ut faciendo subdiaconatum sine mani pulo, diaconatū sine stola, celebrando missam cum de/fectu alicuius sacre uestis ordinate.s.cassula, amictu al/ba, & hmōi, uel etiā lapide sacrato, aut etiā sine lumine uel sine adiutorio, & sine missali & hmōi, quia in quo libet horum est mortale peccatum si scienter dimittit nec excusat iuris ignorantia. ¶ Si existens in sacris.s. in subdiaconatu, & supra omisit horas canonicas, qa ī quolibet die quo omisit aliquā horā, etiā beate virgi nis cū posset, peccauit mortaliter, si ex negligētia omi/sit. Secus si ex obliuione, & tunc tenet̄ dicere qñ recor dat̄, aut omisit ex īpotētia īfirmitatis & hmōi ꝗ causa. ¶ Si dicendo horas, aliis ex ercitiis se occupauit ma/nualibus, vt faciendo coquinam & hmōi, videt̄ morta le, qa non satisfacit precepto ecclesie. Et si mente circa alia vagat̄ volūtarie, non curans, & sic q̄si per totū offi cium videt̄ mortale. Secus si proponit velle attendere & distrahit̄, sed cū aduertit displicet ei. Pet. in. iiii. dis. xv. ar. ii. q. v. Si recipit ordinē sacrum ante etatē legit/timā. s. sub diaconatum ante. xviii. annos diaconatum ante. xx. & sacerdotium ante. xxv. (sufficit annus icho atus) peccauit mortaliter, nec debet exequi añ etatem legittimā, si tñ faciat officiū, non efficit̄ irregularis s̄m cōmunem opionem, sed peccat. ¶ Si sacerdos existēs cōmisit aliquā simoniā, puta audiendo confessiones ꝑ habendo pecuniā, alias non auditurus, baptizādo, cōi cando, inungendo, vendēdo sepolturas & hmōi, mor tale est. ¶ Si in confessione in cōione vel in collatione sacrorꝫ omisit debitāmateriā vel formā, vel ritū ī quo/libet horum est mortale, siue ex certa sciā facit, siue ex ignorantia crassa vel notabili negligentia. Nam īde se quitur magnum periculum & irreuerētia dei. ¶ Inter rogandum est eni de formis. s. baptismi, eucharistie, &

aetas ad ordi nes suscipien que.

aliorum sacramentorũ que sunt maioris pōderis, si sciũt eas, q̃s habes infra.c.vlti. ¶ Si notoriis peccatoribus dedit eucharistiam vel alia sacramenta non penitentibus. ¶ Si occultis pctōribus quos ipse sciuit, denegauit publice eucharistiam, vel alia sacramēta, qa in vtroq; videtur mortale, licet etiam ipsi peccent petēdo & sumendo. ¶ Si celebrauit cũ mortali nō cōfesso, licet contritus, mortaliter peccauit nisi aliqua necessitate instante, & sacerdotis copiam non habente, tunc sufficit cōtritio, sed si sine hac celebrauit, mortaliter peccauit. Tho.in.iiii.dist.xvii.q.ii.ar.v.q.i.ad.iii. Itē.q.iii.ar.i.q.iiii. Item Pet.de pal.dist.ix.q.ii.ar.i. ¶ Si celebrauit non dictis matutinis, mortale est. ¶ Si dicēdo missam non consecrauit putans ex hoc euadere pctm̄ mortale est & grauissimum. ¶ Si celebrauit ad faciendum veneficia seu maleficia. ¶ Si non dixit ex integro, sed dimisit notabiles partes misse ex ignorantia seu festinatione precipue canonis. ¶ Si dicens verba non intendit consecrare. ¶ Si non sumpsit sacramētũ. ¶ Si nō ieiunus. ¶ Si plures missas in vna die dixit in casu nō ꝯcesso. ¶ Si nō in azimo sed fermētato accipit. ¶ Si cum hostia quasi corrupta, vel vino acetoso vel quasi putrido. ¶ Si semper in missa occupatus est in variis cogitationibus volontarie, vel non curans de attētione. ¶ Si non posuit aquam cũ vino in calice ex ignorātia vel certa scia i quolibet horum predictorũ est mortale. ¶ Si non diligenter seruauit eucharistiam sub sera, propter quod aliquid perdit, vel a muribus deuoratur. ¶ Si non defert infirmis aperte, & cum lumie, mō debito. ¶ Si euomuit sacramētum, propter ebrietatē uel ex voracitate. ¶ Si non renouauit vt debet ꝓpter quod efficit putrida, vel marcida, vel vermes generantur. ¶ Si dedit infirmo patienti vomitũ sciēter. ¶ Si stilla sanguinis cadit in terram & in his frequenter est

mortale, licet non semper. ¶ Si nimis raro celebrauit precipue si non celebrauit in magnis solēnitatibus, videt mortale sm Th. in. iii. parte sum. q. lxxxii. o. Item in. iiii. di. xiii. q. i. ar. ii. q. i. o. ¶ Si permisit alicui dicere missas recipiens eleemosynas & nihil itendit facere videtur mortale. ¶ Si hñs pollutionem nocturnā die pcedenti imediate. ex causa vbi fuit mortale, vel dubitat fuisse mortale celebrauit etiam confessus, videtur mortale sm Tho. in. iiii. di. ix. ar. iii. q. ii. ad. ii. Itē Pe. de pal. i. iiii. dis. ix. q. iii. ar. i. vel sm eūdem Pet. de pal. qñ sic i ꝯtritus accedit ad celebrādū. Veniale āt si ex cā vbi fuit veniale nisi subsit necessitas. ¶ Si audiuit cōfessionem alicuius, non habens auctoritatē ab aliquo. ¶ Si absoluit a casibus a quibus non potuit vt a reseruatis, siue ex certa scia, siue ex ignorantia crassa. ¶ Si intromisit se de dispensatione votorū, vel absoluit ab excōicatione maiori absq; speciali commissione. ¶ Si posuit se ad audiendum confessiones oīno ignorans & nesciens discernere iter mortale & veniale & cōia mortalia, est mortale. ¶ Si absoluit quem inuenit excōicatum maiori, & a peccatis, qa non pōt. ¶ Si absoluit eum qui non vult a peccatis discedere, vel satisfacere q̄bus debet. ¶ Si reuelauit pctm̄ auditum in confessione, cognoscenti confessum illum, sine Inia illius, in quolibet predictorum videt mortale, nec excusat ignorantia. ¶ Si nimis festinauit in audiendo non sufficiēter īterrogando. ¶ Si in perplexis casibus peritiores nō cōsuluit. ¶ Si incautus in inungendis penitentiis, qa vel nimis graues vel nimis puas dedit. ¶ Si iterrogauit de his de q̄bus n̄ debuit, videlicet nomē psone cū q̄ peccauit, vel i icaute in turpibus. ¶ Si pdicauit in pctō mortali exñs, peccauit mortaliter & toties quoties sic pdicat Th. i. iiii. di. xxiiii. q. i. ar. iii. q. v. o. ¶ Si predicat aduertenter mendacia mortale est Tho. Idē

videt si scandalosa, vñ concitat seditiones in populo. ¶ Si predicauit idulgentias indiscretas. ¶ Si predicauit propter pecuniam, sibi promissam vel dādam, simonia est, vñ & mortale. ¶ S pdicat pp inanē gl'iam ibi cōstituendo finem, mortale est. ¶ Si predicauit sine Inia. ¶ Si dixit nimis curiosa allegando poetas & phylosophos frequenter. ¶ Si fabulosa & prouocantia ad risum. ¶ Si ab hmōi se non subtraxit cum posset, & peccauit. Item si subtraxit se a predicando cum posset & iniungeret ei, peccauit. ¶ Si nimis familiaris ē cū mulierib⁹ ꝯuersando visitādo eas extra necessitatē, propter quod multi scādalizāt, & ipse nouit, hoc posset esse mortale. ¶ Si visitauit monasteria, & qua de causa. ¶ Si cognouit carnaliter illā quā audiuit ī cōfessionem, vel quam suscepit ad baptismum vel confirmationem, vel commatrem quod maximum & grauissimum est scelus cōiter reseruatum epis. ¶ De aliis vero inhonestatibus īterroga prout videbit expedire. ¶ Si vestes sacras, calices extersoria, & alia pertinentia ad cultum diuinum, non tenuit munda & decēter aptata, propter magnam irreuerentiā, posset esse mortale. ¶ Si benedictionem mense & gratiarum actiones non dixit quod dicere debet, xliiii. dis. c. nō liceat. ¶ Si nō fuit bene modestus in aspectu aspiciēdo hinc inde mulieres & vana. quod multum scandalizat personas, similiter in incessu, statu, habitu, auditu, & hmōi actibus. ¶ Si non obediuit mandatis iustis suoꝝ superiorum & sententiis, & si contēpsit mortale est. ¶ De aliis vero peccatis mortalibus de qbus habes supra in prima & .ii. parte interrogatorii interrogandum est ꝑut expedit ꝫm qualitatem personarum.

¶ De beneficiatis & canonicis. Cap. xii.

Beneficiati, & canonici. de omnibus iā dictis ī c. precedenti possunt interrogari ꝑut credi pōt ip-

sos in illis esse inuolutos, & etiam denotatis in hoc.c. ¶ Si beneficium simplex siue curatum obtinuit per simoniam, cuius ipse fuit conscius, non pōt nisi per papam dispensari ꝙ retineat. ¶ Si vero ignorante eo siue sciente, simoniam cōmisit; talem oportet renuntiare tali beneficio si non dispensatur. alias furtiue tenet. vñ continue stat talis ĩ peccato mortali, postq̄ hoc sciuit, quousq; renuntiet, nec facit fructus suos, sed teneť restituere deductis expensis factis in vtilitatem beneficii, & hoc maxĩe de simonia ꝑ munus a manu. ¶ Si aũt ignorante eo, posset per aliũ dispensari non tñ per eum cum quo commissa est. ¶ Sed si simonia est notoria, est etiam suspensus quo ad executionem ordinũ, sed dispensari pōt per epm si cũ eo non est commissa simonia. Si autem est occulta, non est suspensus quo ad ordinem, sed dũ teneť tale beneficium est suspēsus quo ad se, quia sine mortali pctō non exequi pōt. ¶ Si recepit beneficium simplex vel curatum per preces carnales. i. ꝑ ĩdigno porrectas, cum esset male vite & hmōi vel per obsequiũ temporale factum epo vel alii conferenti, peccauit mortaliter. ¶ Si bñficium curatum per preces suas recepit etiam si alias dignus sit, quia tales preces estimantur pro indigno, tanq̄ ambitioso & presumptuoso, cōmisit simoniam, vñ mortale est ẜm Th. ẜa ẜe. q. centesima. ar. v. ad tertium, forte tñ non teneť renuntiare. Pro bñficio aũt simplici licet porrigere preces pro se, si alias est dignus, vel etiam pro bñficio ĩ generali, & hoc intendens ad sui sustentationem non ad curam, nec magis curatum petens q̄ aliud. ¶ Si querit vel habet beneficium non intendens clericari sed vxorari, & intendens gaudere de fructibus beneficii, videtur vsurpatio rerum ecclesiarũ & contra intentionem dotantium ecclesias, & ideo graue peccatum est. ¶ Si non fuit electus a patronis vel a collegio, & confirma

tus per superiorem ad quem spectat, siue per epm insti
tutus, sed de mandato vel manu dñi tēporalis, vel per
potētiam accepit & dicitur ītrusus. qa fur est & latro,
nec pōt aliquid disponere in tēporalibus vel spiritua/
libus, vñ nec absoluere nec sacra pōt dare parrochianis
illius ecclesie, sed in quolibet hmōi actu, peccat morta
liter. ¶ Si renūtiauit alicui beneficio quod habet, eo
pacto ꝙ detur consanguineo, vel propter pecuniam si
bi propter hoc datā, simonia est, & mortale in vtroqꝫ,
nec pōt ipse sibi retinere tale bñficium sic sibi collatū.
¶ Si permutationem sui beneficii vel ecclesie fecit, cū
beneficio alterius, conueniendo inter se, absqꝫ iudicio
superiorum ad quos spectat collatio beneficiorum, si/
monia reputatꝰ. De his vide plenius ī.ii. parte. summe.
titu.i.c.iiii.&.v. ¶ Si recipit beneficium existens ille
gitimus absqꝫ dispensatione qa contra iura, ideo tene/
re non pōt. Pōt autem cum eo dispēsare de simplici be
neficio eps. De curato vero vel dignitate solus papa.
¶ Si fuit electus per simoniam, quia nō valet electio
vel si ipse aliquē elegit per simoniam, vel ad episcopa/
tum, vel canonicatum, vel ad aliam ecclesiam, vt cleri/
ci collegiatarū ecclesiarum, vel si alias indignum, igno
rantem & publice malum elegit ad prelaturā ex amici
tia, & huiusmodi. mortale & grauissimū ē & oīa mala
que sequuntur ei īputantur. ¶ Si male tractauit bene
ficium seu ecclesiā, permittens ecclesiam, vel edificia rue
re, vel possessiones īcultiuari, & alias res deperire mor
taliter peccauit, & tenetur ad restitutionē, seu satisfa/
ctionem si cōmittit notabilem negligentiā, & damnū
sit notabile. ¶ Si fructus beneficii non bene expēdit,
videlicet vltra subuentionem suam subueniēdo paupe
ribus, sed dilapidauit in conuiuiis & turpibus, vel ēt
dedit cōsanguineis nō īdigentibus, mortale est. Secus
si consanguinei indigēt, qa tunc pōt dari eis. ¶ Si plu

ra beneficia habētia curā tenet absq; dispensatione, fur est & latro. Nā hñs beneficium cum cura, si recipit secū dū cū cura, ipso iure vacat primū.c.de multa. extra de preben. & hoc postq̄ habuit pacificā possessionem scđi, vel habere potuit & fructus eius percepit, alias non vacat primū. videlicet si fructus secundi beneficii conceduntur alteri per papam, pro illo tempore non vacat, primum. extra de prebē.li.vi.c.si tibi cōcesso. ℂ Si habens prebendā hñtē dignitatem, & si non curam aīaꝝ, si recipit secundam, similiter vacat prima. extra de prebē.c.de multa, & in isto casu & in priori teneť ad restitutionem fructuum, si recipit. ℂ Si habēs beneficium vnum, violenter occupat secundum, vel si sciēter intendit retinere similiter perdit primum, & si aliquod habebat ius in secundo etiam perdit & vacat illud secūdū, de preben.c.eū qui lib.vi. Item non pōt quis habere dignitatē cum p̄benda absq; dispēsatione pape. ℂ Quicūq; recipit personatum, vel dignitatē, vel officium, vł beneficiū cui cura aīarū sit annexa, si ante obtinebat simile, cum sit priuatus primo vt dictū est, si nō dimittit primū absq; mora i manus ordinarii i cuius epatu est, ipo iure est ēt priuatus secūdo & est ihabilis ad sacros ordines & ad qđcūq; aliud bñficiū, p extrauagātē Io. xxii. ℂ Itē absq; dispensatiōe, nō pōt qs tenere plures ecclesias vel p̄bēdas, que tñ nō habeāt curā aīarū nisi in quinque casibus. ℂ Prima quādo sunt ita tenues ꝙ neutra illarū sufficiunt ad sustentationem. ℂ Secundus si vna dependet ab altera. Tertius propter raritatem clericorum. ℂ Quartus si ecclesia est annexa prebēde vel dignitati. ℂ Quintus si habet vnam intitulatā & aliam cōmēdatam. Sed talis cōmēda de parrochiali ecclesia fieri nō pōt, nisi ei qui attingerit vigesimum quintum annum & sit sacerdos, & tali non pōt cōmitti nisi vna & ex euidenti necessitate vel vtilitate, & nō

durat nisi p sex mēses.extra de elec.c.nemo.li.vi.¶ Si habet plures ecclesias vł pbēdas hñtes curā aiarū absq₃ dispēsatione pape,fur est & latro, & cōtinue in morta li,nec eps pōt dispensare in hoc.¶ Si etiam habet per dispensationē pape sed surreptitie,puta quia petendo vnum tacuit de alio quod habebat,vel dixit se habere legitimam etatem cum non haberet & hmōi idē iudi/cium est.¶ Si per dispensationem epi habet plura be/neficia sed simplicia,sed ad superfluitatem vel etiam p dispensationem pape simplicia vel curata cum vnū sibi sufficeret s̄m statum suum,non videt̄ tutus in consciē tia sua,qa dissipatio est,& non dispensatio.¶ Si acce/pit ecclesiam parrochialem a quocunq₃ cū non attigis/set.xxv.annum absq₃ dispensatione pape. Circa etatē nulla est dispensatio & nullum ibi ius habet.c.licet ca/non.de elec.lib.vi.¶ Si infra annum cōputandū a die assignati sibi regiminis ecclesie non fecit se ad sacerdo/tium promoueri,est ipso iure priuatus.e.c.licet canon. Item tenetur personaliter residere.In residentia pōt tñ eps causa rōnabili dispensare ad tempus tm̄.Sed de p/motione ad sacerdotium infra annum,non extēdit̄ ad ecclesias collegiatas hñtes curam.nec ad assumptos ad earūdē regimen de elec.c.statutū.lib.vi.Possunt etiam epi dispensare cū ipsis qui hñt vel habebunt ecclesias parrochiales,vt vsq₃ ad septēniū literarum studio insi stentes,promoueri non teneat̄,nisi ad ordinē subdia/conatus,quem nisi infra annū suscipiāt sunt ipso facto priuati tali beneficio,& medio tempore per vicarios illis ecclesiis prouideat̄.de elec.lib.vi.c.cū ex eo. ¶ Si hñs quodcūq₃ beneficium simplex, & quantuncunq₃ paruū nisi dicat horas oī die,peccat mortaliter omit/tēdo ex negligentia,etiā si non sit in sacris cōstitutus. ¶ Si canonicus vel alius clericus recipit quotidianas distributiones que dant̄ itere︦ssentibus horis cū nō in/

tersuerit

Nota

ter fuerit, furtum cõmittit, & tenet ad restitutionem. ¶ Si cum non possit per se curam exercere ecclesie, nõ posuit ibi loco sui idoneum q bene officiaret, sed malũ & ignorantem qui ex suo malo exemplo scandalizat, vt notorius fornicator, & luxor, & hmõi, uel qui nescit ministrare debite sacramẽta & cõfessiones audire, peccat mortaliter, quoniã omnia mala que sequunt ei imputãtur. ¶ Si vere nõ potest inuenire idoneũ, per se exerceat, vel si nõ potest aliter prouidere, renuntiet. ¶ Item nõ licet prelato sub precio uel annuo censu cõcedere vices suas, seu iurisditionẽ, quia spũale est. Extra ne prelati uices suas. c. i. ii. & iii. uidelicet si diceret cõcedo ꝙ exerceas vices meas uel talẽ iurisditionẽ, & totũ lucrũ sit tuũ, & dabis inde mihi tantũ, illicitũ est. Sed cõmittẽdo pure vices suas licet cõstituere ei salariũ. xii. q. ii. c. charitatẽ tuã, uidelicet dicẽdo, dabo tibi tm̃ pro salario tuo, & totũ lucrũ erit meũ. Hec Inno. ¶ Si alienauit res ecclesiasticas, videlicet mobilia bona vt res sacras, uel immobilia, vt possessiones sine necessitate, uel maiori vtilitate, vel nõ seruata forma iuris, & huiusmodi, grauiter peccauit. ¶ Item de exercitio cure animarũ quomodo se habuit in audiẽtia confessionũ, in collatione aliorũ sacramẽtorũ, in visitatione infirmorũ, precipue ne deficiant eis sacramẽta cum expedit. In admonitione subditorũ, in correctione vitiorũ, precipue quo ad notorios peccatores, cõcubinarios, tenẽtes inimicitias & hmõi. ¶ Si admonuit non cõfitẽtes & nõ cõicantes annuatim quantũ potuit, significando epõ cũ non potuit, & hmõi. Nam oues ex negligẽtia perdite, ab eo requirẽtur, de quibus & aliis supradictis & hmõi habes satis in tertia parte sum. titu. xv. ca. i. ¶ Si alienos parrochianos audiuit non habens auctoritatem specialem ipse vel ipsi, quia nõ potest eos absoluere. ¶ Si emit aliquas res immobiles de

fructibus ecclesie, quia tales debent remanere ecclesie, vnde si emit nomine alterius, vt sic posset dare & legare cui vellet, fraus est & furtũ, & ad restitutionẽ tenet. ¶ Si indulgentias per se dedit cũ non posset, uel plures dixit habere ecclesiã suã q̃ habebat ob q̃stũ, ẽ mortale. ¶ Si reliquias nouas exhibuit populo venerãdas, non approbatas ab ecclesia. ¶ Si nimis facilis fuit ad dispensandum in ieiuniis ecclesie. ¶ Si eleemosynas extorsit a populo & a subditis ad quas nõ tenebant. ¶ Si questores dicere mẽdacia in ecclesia sua permisit, & quod peius est si fecit pactũ cum eis de quota. ¶ Si fecũdas nuptias benedixit. ¶ Si permisit christianas nutrices seruire in domo iudeorũ. ¶ Si sustinuit sortilegas & diuinatrices in sua parrochia. ¶ Si pmisit ludos uel malas consuetudines non obuiãdo quãtũ potuit. ¶ Clerici uero qui manifestis vsurariis alienigenis, aut alias nõ oriundis de terris ipsorũ ad fenus exercendũ domos locãt, uel alio titulo cõcedunt, ipso facto sunt excõicati nisi sint epi, de vsuris. c. usurarũ li. vi. ¶ Clerici, archidiaconi, plebani, decani, prepositi cãtores, & alii clerici personatũ habẽtes, ac etiã sacerdotes qui audiunt in scholis leges physicã, post duos mẽses si nõ dimittũt hmõi lectiones sunt excõicati. c. super specula. extra ne cleri. uel mo. ¶ Clerici & religiosi qui inducũt aliquẽ ad vouendũ, uel iurandum, uel fide interposita seu alias promittendũ, vt sepulturas apud eos eligant, uel iã electã nõ mutent, sunt excõicati, nec possunt absolui nisi per papam, nisi in mortis articulo. in cle. c. cupiẽtes. de penis. Item de sepul. lib. vi. c. i. ¶ Clerici qui sciẽter & spõte participauerũt cũ excõicatis a papa, & ipsos in officiis receperunt sunt excõicati, & absolutio pape reseruatur. c. significauit. extra de sen. excom. ¶ Falsantes literas pape, uel falsis scienter vtẽtes, uel remouẽtes etiã vnã literam de bullis pape, sunt excõicati, & absolutio

pape reseruatur. ¶ Clerici sepeliētes in ecclesiis uel cimiteriis eorū excōicatos a iure, uel usurarios manifestos, uel nominatim iterdictos tēpore interdicti in casibus nō concessis, sunt excōicati. in cle. de sepul. c. i. eos. Hec uide in tertia parte sum. tit. xxv. c. xxxiii. ¶ Sepeliētes uero, se occidētes, uel i torneamētis moriētes & hmōi, peccant mortaliter, nec tamen sunt excōmunicati.

¶ De religiosis. Cap. xiii.

Circa religiosos & religiosas. Si sunt clerici uel ordinati, interorgari possunt de his de qbus supra dictū est in. c. de clericis in cōmuni ꝑut erit expediēs. Si uero sunt beneficiati in ecclesiis curatis, de his habes in. c. precedēti. Sed etiā ultra predicta, etiā de infrascriptis que sunt propria eorū, dicēdū est & primo. ¶ Si fuit receptus ad monasteriū per simoniā, mortale est. Si uero fuit simonia mentalis tantū, penitētia abo letur. Si uero pactionalis (qa. s. monasteriū exegit tantum, alias nolebat eū recipere, & ingrediēs uel propinqui eius tantū dederūt uel minus pro ipso ingressu, nisi forte cum monasteriū est ita tenue ꝙ non sufficit illi prouidere, nā tūc oblatis spūalibus gratis. i. ingressum, licet petere & pacisci de tēporalibus de quibus debeat uiuere, uel dicere illi, porta tecū si vis comedere mecū ſm Hosti. & aliquos alios. Secus si monasteriū est pingue & potest illi prouidere, non potest fieri aliqua pactio vel exactio absq; uitio simonie) tunc ultra pctm̄ recipiens, uel receptus, uel recepta, debēt expelli de illo monasterio. extra de simonia. c. quoniā. Potest tamē eps in hmōi dispensare. s. vt nō expellātur de monasterio. Ray. & Vul. Precipue reperit talis simonia in monialibus vbiq; terrarū. Non sic uero est de viris religiosis. ¶ Si ingressus est religionem nō pura intētione. s. seruiēdi deo, sed alia de causa, uidelicet non laborādi, uel si est monialis, qa nō potuit nubere, & qa posuerūt

parentes ipsam inuitam licet malefecerint, tñ poteſt & debet mutare intētionē, ſcilicet vt ibi manere velit ad ſeruiendū deo, & ſic erit in bono ſtatu, alias erit ĩ mortali. Sed ſi reperit ſe in monaſterio diſſoluta non viuēte regulariter, querat ſi poteſt mutare locū cum diſpenſatione ſi indiget, quod tamē in moniali erit difficile, quod ſi nō poteſt, non ſequatur turbam. ideſt alios uel alias in malū, ſed ſeruet ipſa ordinem ſuū, ſi ad bonum nō poteſt reducere alios vel alias. ℂ Si ingrediēs monaſteriū reticuit impedimēta que habebat ad illud ſciēter, uidelicet quia erat ſeruus, uel habebat occultā infirmitatem, uel alterius religionis profeſſus, cōiugatus, debitor in multis, & hmōi peccauit mortaliter, precipue ſi ſciebat tale impedimētum & per illud nō poſſe recipi ad religionem, uel de his interrogatus mēdaciū dixit, & poteſt & debet de monaſterio expelli ſi aliter prouidere nō poteſt. ℂ Si habet votum religionis arctioris, anteq̄ intret laxiorē, prius debet querere diſpenſationem ſi etiā eſſet bona, & multo fortius poſt profeſſionē in vna religione nō poteſt ad aliā trāſire equalem uel laxiorē, & de mēdicante ordine ad mēdicātē, vel de mēdicantibus ad monachalē tranſire nō pōt eſt ſine diſpēſatione pape, niſi ad chartuſienſes. ℂ Si idu xit aliquā ad religionē per ſimoniā uel p fraudes, puta aſſerendo ibi obſeruari regulam, quod nō fit, uel dicendo ſe ad nihil obligari, & reticēdo auſteritates religionis quas ille non intēdit ſeruare & hmōi, peccauit mortaliter. ℂ De his qui etiā volētes ingredi religionem aliquam in qua bene viuitur auertūt, vt trahant aquā ad ſuum molendinū, infamantes illos & crimina imponentes, ſuas aūt vſq; ad tertiū celū extollentes, nō euadere dānationē certū eſt, quia cōtra charitatem agūt, contra iuſtitiam & contra ſacram ſcripturam.

ℂ De voto paupertatis.

SI in religione existens obseruauit paupertatis votum nihil retinens uel retinere delibetans, quia est mortale propriū habere & totiēs quotiens illud proponit. ℭ Dicitur autem proprium quod celatur superiori suo, vt si habeat & teneat pecuniā uel uestem nesciente prelato, uel si sciat, tamen cōtra voluntatē eius & absq; licētia, uel de licētia eius & voluntate, tamen non paratus, sibi tradere ad petitionem eius, sed recusare si posset de facto, & multo peius si nō solū mobilia sed etiā de immobilibus vt redditus & possessiones retinet vt propria, dans, vēdens, & dissipās vt placet, nec prelatus potest dare licētiam sic retinēdi, nec papa potest in proprio dispensare. extra de statu mona. c. cū ad monasteriū. ℭ Si dedit bona monasterii siue conuentus, absq; superiorū licētia habita, uel presumpta. ℭ Si aliquid occulte recepit uel tenet, mortale est & proprietas. ℭ Si reperiens se in loco vbi non viuit in cōmuni propter quod oportet eum sibi prouideri de necessariis, habet aliqua vestimēta vel pecuniam, & aliquid hmōi, cum bona licentia & beneplacito prelati, aduertat diligenter, quia quatuor adhuc obseruare debet. ℭ Primo quidem vt per eum nō stet quin omnia uelit ponere in cōmuni, si alii vellent, & ad hoc operetur quantū potest. ℭ Secūdo si hoc nō potest, semper sit paratus simpliciter ponere oīa & dimittere in manibus prelati. ℭ Tertio vt de hmōi cōcessis, nihil det sine licētia superioris sui, generali uel speciali, etiam in eleemosynis, nisi in estrema necessitate. ℭ Quarto vt nō thesaurizet nec superfluat teneat, nec delitiosa querat, nec multum inquirendo sollicitet, nec habeat inordinatum affectum in huiusmodi, & sic poterit transire si in aliis bene se habeat. Secus agendo nō religiose, sed laicaliter viuit. Sed cum predictis, si posset locū inuenire ubi in cōmuni viuitur, melius ei esset.

¶ De voto castitatis.

SI seruauit uotum castitatis, nõ solũ ab omni carna li opere & cõtactu venereo se abstinẽdo, sed etiã ab omni locutione turpi & amatoria, & ab omni co gitatione immunda deliberata, & delectatione moro sa, quia in quolibet horũ est mortale, ut dictũ est supra circa sextum & nonum preceptũ. Est etiam sacrilegiũ quod grauius est. Et quia ad ista deuenitur per cõuer sationem & familiaritatem, ideo inquirẽdum est si ha bet domesticitatem cum aliquo si monialis, uel cũ ali qua si religiosus, & si hoc reperitur esse extra casum ne cessitatis prohibendus est, alias non absoluendus, quia quasi impossibile est ꝙ talis non incidat in ruinam. di stin. xxxii. c. hospitiolum, & disti. lxxxi. per totũ. Scan dala etiam multa & oblocutiones sequuntur in popu lis & huiusmodi, & ideo prohibendus est & consan guineorum etiam rarus sit accessus.

¶ De voto obedientie.

SI fecit contra votum obedientie quod est semper mortale. ¶ Et nota ꝙ nõ semper quando qs agit aliquid contra regulam suam, uel transgreditur regu lam, uel constitutiones, facit cõtra obedientiã, sed quã do facit contra precepta contenta in regula & cõstitu tionibus suorũ superiorũ, uel quãdo aliquid transgre ditur ex contemptu quantũcunqꝫ illud sit minimum. ¶ Quãdo uero prelatus uel prelata iniungit aliquid fieri, precipiendo uel mandãdo in uirtute sancte obe dientie, uel spiritus sancti vt facias hoc uel sub pena ex cõmunicationis & hmõi, illud dicitur preceptũ, cuius transgressio est mortale peccatũ. Idem esset quãdo pre latus aliquid mãdaret subdito quomodocũqꝫ loque retur declarans sibi ꝙ intendit obligare illum sub pec cato mortali ad faciendum illud, & intellige si mãdat quod non sit illicitũ, & tale quid ꝙ teneatur subditus

ei obedire. ¶ Similiter quãdo in regula uel cõstitutio nibus est aliquid preceptorie mandatum, uel sub pena excõmunitionis, uel sub pena carceris, uel sub pena grauioris culpe, uel per similem locutionem, cõmuniter cẽsetur obligare ad mortale. Alias autem faciendo contra cerimonialia, ut frangere silentium, tarde uenire ad chorum, & hmõi, est veniale, nisi quis faceret ex cõtemptu, quia tunc mortale. ¶ Cõsuetudo aũt quãuis non sit ipse contemptus, est tamen inductiua contemptus, & ideo caue ne assuescas alicui transgressioni.

¶ De officio diuino.

SI dixit Horas canonicas & officium defunctorum quãdo debet dici. Nam religiosus etiam si non habet ordinem sacrũ, tenetur ex precepto ad officium, precipue si est professus, unde omittendo aliquã horam peccat mortaliter, & omni die qua omittit ex negligẽtia. Non autẽ ex precepto tenetur dicere istud, vel illud q̃uis nec debeat ad placitũ suum mutare officium, sed debet dicere ẽm ordinem suũ. ¶ Si non fuit cum aliis in ecclesia, & nimis tardauit ad dicendũ officium. ¶ Si somnolenter, uel ibi dormiuit, redicat uel aliquid loco eius dicat. Sed si pro maiori parte dormiuit totũ reiteret. ¶ Si ibi incõpositus fuit, & oculis uagis. ¶ Si risit vel ridere fecit uel aliquã leuitatem vel locutionem fecit non necessariam. ¶ Si mente distractus precipue etiã quando aduertit. ¶ Si male legit, uel cantauit, uel inclinauit ex negligentia, in quolibet horũ est peccatũ veniale cõmuniter. ¶ Si elegit prelatum per simoniam, uel etiã & si nõ simoniace, tamen indignum scienter. ¶ Si nõ illum quem iudicauit meliorem ad officiũ illud, sed alium ratione amicitie uel alia intentione mundana, mortale est. ¶ Si accusauit calumniose prelatum uel sociũ de aliquo criminali, uel testificatus est, uel desistit ab accusatione iniuste, uel

alias infamauit prelatum uel subditum dicendo crimi/
nalia de eis, etiam si essent uera intentione infaman/
di, mortale est. ¶ Idem si secreta sua ordinis reuelauit
sine causa iusta & rationabili, & quomodo quis tenea
tur ad restitutionē fame in summa i secūda parte diffu
se. titu. ii. §. iii. Item ibi superius in. x. precepto, & hic
infra in tractatu de restitutione. ¶ Item si in visitatio
ne prelatorum non reuelauit dicenda, que sunt contra
honestatem religionis, de prelatis & sociis, & precipue
quando cōmuniter sic seruatur, & fit preceptū a uisita
tore, ut dicant que indigent correctione, tunc enim
mittere aduertenter que dicenda sunt est mortale pec/
catum. ¶ Debet tamen intelligi preceptū seruato or/
dine fraterne correctiōis. unde omnino occulta de qui
bus potest presumi emendatio, dici non debent. Vbi
autem non speratur emendatio, & presumitur recidi/
uatio, uel aliquod magnum scandalum, dici debet, nō
tamen accusando si sufficiēter probare nō potest, quia
tunc grauiter peccare, sed simpliciter denunciādo pre/
lato ut patri, si speratur ꝙ inde prouidebitur. ¶ Si fe
cit uel cooperatus est ad aliquam conspirationem con
tra prelatos, uel inuenit, aut sectatus est partialitates
& sectas in monasterio, aut conuentu aut diuisiones,
quia mortale est, & crimina mundanorum uel demo/
niorum potiusꝗ religiosorum. ¶ Interrogandi etiam
sunt de. xii. abusionibus claustri ꝫm Ray. que ꝫm Vgo
nem sunt iste. Prelatus negligēs. Discipulus in obediēs.
Iuuenis ociosus. Senex obstinatus. Monachus curial.
Monachus causidicus. Habitus ꝑciosus. Cibus exqui
situs. Rumor i claustro. Lis in capl'o. Dissolutio i cho/
ro. Irreuerētia circa altare. In his quādoqꝫ est mortale
quādoqꝫ ueniale, ꝫm qualitatem facti & intētionem.
Magna etiam est abusio religiosorum iurare in cōi lo/
cutione, etiā si dicant ueritatem, & etiam maledicere

& blasphemare, etiam si ex leuitate. ¶ Interrogandū etiam est precipue de cerimoniis pricipalibus, & de esu carnium extra infirmitatem. De lineis non vtendis ad carnem, de lectis non plumeis, de ieiuniis regule vel cōstitutionum, de obseruantia silentii i certis horis & locis. Ad que oīa obligantur oēs monachi, & etiam plures religiosi & monachi sancti Benedicti. extra de statu mona. c. cum ad monasteriū, & plures religiosi aliorum ordinum ex cōstitutionibus suis. Et licet in his p̄latus possit dispensare, non tñ pōt dissipare, quod est ꝫm Ber. qñ fit absq; causa rationabili & vrgente, alias pc̄tm̄ est dispensanti & dispensato, plus & minus ꝫm transgressionem. ¶ Si in obediendo male se habuit, videlicet quia obediuit in malo puta dicendo mendaciū vel ex negligentia dimisit cōmune mandatum, vel tardus fuit ad obediendum vel non affectuose sed querulose, vel dissolute & non cum maturitate. ¶ Si irreuerens circa maiores, egre sustinendo reprehēsiones, & cum indignatione, communiter veniale.

¶ De exercitio.

SI vacauit ocio qđ est sentina oīum malorum & quantum. ¶ Si inutiliter expendit tempus, faciendo ea que sunt nullius valoris. ¶ Si fecit exercitia mundanorum, vt faciendo bursas, vestes opere polimito, recamationes, vel linea reticulata & hm̄oi, vel confectiones nimis preciosas, vel alia gulosa qa magnum pc̄tm̄, & abusio est ac occasio multorum malorum, & ideo prohibendum est. Hoc malum etiam reperitur in monialibus modernis. ¶ De conuersando cum aliis si conuersando fuit nimis leuis, vel alios inducēs ad leuitatē vel risum, verbis gestibus, vel solaciis, que licet aliqñ sine pc̄tō fieri possint ad recreationem, vel subleuandum se vel alios ab accidia, raro tñ decet hm̄oi religiosos. ¶ Si aliqñ irrisit vel gestiuit, quod similis cō

gauit & histrionibus, nō religiosis. ¶ Si murmurauit circa victum & vestitum. ¶ Si impacienter tulit graues mores aliorum. ¶ Si se grauē aliis reddidit. ¶ Si singularitatem q̄siuit in cibo, vestitu, dormitu, & aliis vnde frequenter oritur ī ipsis supbia & in aliis murmuratio & indignatio. ¶ Si frēm delinquentem non fraterne admonuit, vel defectus aliorum prelato nō significauit, vt adhiberet remediū seruato tñ ordine fraterne correctionis, ī his cōiter est veniale. ¶ Si murmurauit contra sibi cōmittēte tanq̄ indiscretum. ¶ Si impatienter se habuit dure loquendo cum q̄bus se nō habet ītromittere. ¶ Si non diligenter tractauit res monasterii. ¶ Si nimis tenax fuit in dando, vel si nimis prodigus vel acceptor personarum sine causa rationabili dans magis vni quam alteri de rebus communibus. ¶ Si dedit quibus non potuit, videlicet quia non habebat liām. ¶ Si permisit res perire ex negligentia, vel nimis solicitus fuit, propter hoc parum vacando sibi propter implicationem rerum temporalium, quod vitium hodie multum regnat. ¶ Si non fuit sollicitus ad adiscendum ea ad que tenetur secundum regulam & constitiones peccat. Ex ignorantia vero etiam transgrediens non excusatur a peccato. ¶ Si est sacerdos debet querere scire, que pertinent ad debite celebrādum. ¶ Si confessor que pertinent ad illud officiū. ¶ Si in his est negligens, precipue cum pōt, grauiter peccat. ¶ Debet etiam frequentare & legere scripturam, vel doctores exponētes, vel alios libros deuotos & vtiles, vnde instruatur & confortet̄ ad bonum. ¶ Si legit curiosa & inutilia, propter quod retrahitur a magis necessariis, vel doctores gentiliū, vel fictiones poeticas & hmōi quia peccatum est curiositatis. ¶ De pertinentibus vero ad religionem habes diffuse ī iii. p. sum. ti. xvi. c. vi.

¶ De oratione & confessione.

SI non orauit vltra offm̄ diuinum priuatim pro se pro aliis consanguineis, benefactoribus viuis & defunctis, precipue recomendatis vt debet sollicite. ¶ Si non frequentauit confessionem & cōionem s̄m regulam suam & morem. Monachis vero nigris preceptum est ꝙ cōicent semel in mense, in demen. ne in agro de statu mona. ¶ Si non vacauit meditationi, que per maxime inducit deuotionem. ¶ Si fuit tepidus in dilectione dei & proximi non ardenter affectans honorē dei, & salutem animarum vt decet. ¶ Si ingratus ad recogitandum & cognoscendum sua benēficia & recompensandum, deuote ipsi deo seruiēdo. ¶ Si nō preparauit se ad diuina vt debuit. Hec sunt peccata in quibus quotidie offendit deus, & impedit pfectus religionis.

¶ De amore parentum.

SI nimis carnaliter dilexit consanguineos, nimis affectans eorum prosperitatem, vel gaudens de ea: aut contristatur nimis de aduersitate. ¶ Si nimis eos visitat vel querit vel gaudet visitari. ¶ Si cum eis loquitur de secularibus que non expediunt, vel etiam cum aliis de guerris & huiusmodi frequēter interrogat & audit. ¶ Si pro eis procurat beneficia ecclesiastica vel temporalia non aptis beneficiis in quibus posset esse mortale. De aliis vero vitiis communibus, scilicet ira, superbia, inuidia, & huiusmodi, vide supra in prima & secunda parte interrogatorii. De his vero que pertinent ad regulam suam, ipsemet videat p se & dicat. ¶ Si penas aut penitentias taxatas vel iniunctas a regula, vel constitutionibus, vel a prelato non fecit, peccauit si ex negligentia. ¶ Si nullo mō esset paratus facere etiam p̄lato precipiēte, est mortale. ¶ Si non intendit proficere in vita, sed que seruat, inuitus facit, & male contentus est esse in religione, hypocrita est & in statu damnationis, Th, sa se, q, lxxxiiii, ar, v, ¶ Qui vocant ad di-

eligendas moniales in electionibus nisi abstineāt ab his per que posset oriri discordia inter eas, sunt excōicati. ¶ Religiosi & clerici inducentes ad vouendum, iurādum, vel promittendum de eligendo apud eos sepulturā, vel vt eam vlterius non mutent iā electam, sunt excōicati, excōicatiōe papali. in cle. c. cupientes de penis. ¶ Religiosi qui absq; spāli licētia proprii sacerdotis solēnizarent matrimonium, aut ministrarent sacramentum eucharistie, vel extreme vnctionis, excōicati sunt excōicatione papali. in cle. i. de priuile. religiosi. ¶ Religiosi qui excōicatos a canone absoluūt in casibus nō concessis, aut q absoluūt a sentētiis per statuta synodalia, vel prouincialia promulgatis, aut absoluunt a pena & a culpa, sunt excōicati excōicatione papali per d. cle. i. de priuilegio. ¶ Inquisitores hereticorum qui odio gratia vel lucro, contra iustitiam & cōsciam omiserint contra quempiam procedere, vel ipsam heresim aliis imponere, aut imponerent quod officium eorum impediret, sunt excōicati excōicatione papali in cle. c. multorum. de hereti. ¶ Reliosi mēdicantes professi, transeuntes ad aliquam religionem monachalem excepto ordine cartusiensi, & similiter recipientes sunt excōicati excōicatione papali per constitutionem Martini quinti factam Constantie. ¶ Clerici scienter & spōte cōicātes cū excōicatis excōicatione a papa ī diuinis sunt excōicati excōicatione papali scdm Host. Ista excōicatio hēt dubium. ¶ Participantes in crimine pp qd aliqs est excōicatus aliqua predictarum & aliarum excōicationum, sunt excōicati per papā. c. si cōcubine. de sen. ex. ¶ Absoluētes aliquem ab aliqua predictarum excōmunicationū citra sedem apostolicam preterq̄ in mortis articulo, qui taliter absoluti si non se repñtāt ei a quo possunt absolui q̄ citius possunt vel mittant pro absolutione, reincidunt in eandem, s. excōicationem pa

palem.c.eos.de sen.exc.in.vi. ¶ Sepeliẽtes corpora in cimiteriis tempore interdicti in casibus non cõcessis a iure, sunt excõicati per excõicationem epalẽ in cle.c. eos.de sepul. ¶ Sepeliẽtes excõicatos publice aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos, scientes in cimiteriis, sunt excõicati.d.clem.eos. ¶ Clerici locãtes domos manifestis vsurariis ad fenus exercendũ seu alio titulo concedentes sunt excõicati.c.vsurarum. de vsur.lib.vi. ¶ Non electus a duabus partibus cardinalium & se gerens ꝑ papa est excõicatus.c.licet de elec. ¶ Monachi & canonici regulares archidiaconi, decani, prepositi, plebani, cantores, & alii clerici personatũ hñtes aut qui vis presbyteri qui audiunt leges vel physicam sunt excõicati.c.non magnopere.ne cleri.vel monachi se rebus secu immisceant.lib.vi.c.i. ¶ Religiosi dimittentes vbicunq; habitum sue religionis & accedentes ad queuis studia literarum sine licentia prelati aut conuentus sui, sunt excõicati.c.vt piculosa, ne cle. vel monachi.lib.vi. ¶ Religiosi qui decimas debitas ecclesiis sibi appropriant vel vsurpant, siue qui nõ permittunt solui ecclesiis decimas de animalibus familiarium & pastorum suorum tales si non habent administrationem & beneficia sunt excõicati, si habent sunt suspensi, nisi requisiti destiterint infra mensem.in cle.c.religiosi.de deci. ¶ Monachi & canonici regulares non habentes administrationem, & se conferentes ad curias principũ, vt dãnum monasteriis inferant, aut prelatis, sine licentia suorum prelatorum, siue q tenent arma infra septa monasterii, sunt excõicati.in cle.ne in agro.de sta.monachorum. ¶ Religiosi necnõ moniales professi contrahentes matrimonium, & alii clerici constituti in sacris, de facto sunt excõicati.de.eos de consangui.& affini. ¶ Inquisitores hereticorum qui pretextu officii inquisitionis quibusuis modis illicite

pecuniam extorquent, vel scienter bona ecclesiarum ob delicta clericorum fisco ecclesie applicant sunt excōicati, nec absolui possunt nisi plene satisfecerint illis a quibus extorserunt, cle. nolētes extra de here. ¶ Religiosi non seruantes interdictum quod seruat matris siue cathedralis ecclesia, clemē. ex frequētibus, de sen. excō. ¶ Religiosi qui confitentibus sibi non faciunt cōsciētiam scienter de decimis soluendis, tales ab officio predicationis sunt suspensi donec confessis eisdem si cōmode possunt faciant eis conscientiā, & si interim predicant sunt excōicati. ¶ Similiter & religiosi qui dicūt aliqua verba vt retrahant audientes solutione decimarum sunt excōmūicati. in clemē. c. cupientes. de penis. ¶ Religiosi mēdicantes qui domos ad habitandum vel loca de nouo recipiūt aut mutāt vel alienāt de nouo recepta absq; lnīa pape, sunt excōicati. de pe. c. cupientes. i de. ¶ Fratres minores qui tēpore interdicti recipiunt ad diuina fratres uel sorores de tertio ordine sancti Francisci, sunt excōicati. c. cum ex eo. de senten. excōmu. in clemen.

¶ de prelatis in cōi. Cap. xiiii.

A Prelatis in cōi inquirendum est. Primo si legittime assecutus est dignitatem seu prelationem, an videlicet aliqua irregularitate vel sententia fuit irretitus cū fuit assumptus ad prelaturā in qua nō fuit dispēsatus vel absolutus. videlicet si fuit bigamus, si operatus est in cā sanguinis, si illegittimus, si excōicatus, vel suspensus, vel notorius concubinarius In quolibet horum hoc sciens, tenet prelaturam furtiue, vñ est continue in mortali. ¶ Nota quod illegittimus ad dignitatem vel beneficium curatum, vel prioratum in religione qui creatur per electionem, sine dispensatione pape promoueri non pōt, ex priuilegio tñ magister ordinis cum his pōt dispēsare ad prelaturas in ordine pre/

dicatorum, de hoc habes in.iii.parte sum.titu.xxix.c. iiii. ¶ Si rite & absq; vitio simonie fuit electus, confirmatus, & ordinatus. ¶ Si interposuit preces pro se, vel procurauit q alius porrigeret p̄ces, simonia est, & si fuit simonia pactionalis indigit dispensatione pape, & anteq̄ sit dispensatus tenet furtiue dignitatem. De hoc in.ii.parte sū.ti.i.c.v.§.iiii. ¶ De simōia & de oībus que habes. supra in.c.de beneficiatis. & in.c.de clericis. in cōi potes interrogare prout expedit. Et si est p̄latus religiosorū ītterrogandus est de his que sunt in.c. precedenti. & de aliis que sequūtur. ¶ Si aliquod manifestum pctm̄ in subditis dissimulauit & non correxit aut si non manifesta, que tñ ad eius notitiam aliqualiter peruenerunt vlterius non quesiuit, si mere ex negligentia dimitteret, puto mortale, quo ad criminali. Si aūt ex aliqua rōne, vt ad maius scādalum vitandum secus. ¶ Si in capl'o equus iudex non fuit. ¶ Si de reb⁹ monasterii dilapidator fuit. ¶ Si superioribus suis nō obediuit. ¶ Si causas sibi a superioribus cōmissas non fm consilium peritorum, sed fm acceptionem personarum determinauit. In omnibus his est peccatum mortale, vel veniale fm quantitatem excessus & malitiam & negligentiam. ¶ Si indignos & nō idoneos in officiis posuit, & maxime ad curam animarum, & male videt talis posse excusari a mortali, si eos quos scit malos, & in mortali perseuerare ponit ad curam animarū cū potest repellere, nec credo q excuset paucitas. s. qa non inueniunt alii, & etiam si iste alias sit industriosus multum & bene officiet ecclesiam in exteribus. ¶ Idē cum sustinet tales si illos pōt iuridice remouere. ¶ Si posuit ad audientiam confessionum notabiliter ignorantes & ineptos, vel criminosos, mortaliter peccauit per regulam. Qui causam dammi dat. ¶ Idem si tales colleret cum posiit remouere, nisi forte a superiori sint

ad hoc positi. Sed quam curam de ipsis habebit cũ ad sui damnationem exerceant tales officiũ audiendi confessiones. Q̃uo aũt dicat ineptus, vel notabiliter ignorans, habes hic supra. videlicet in secunda parte de scia confessoris. ❡ Si fuit nimis pomposus & curiosus in edificiis ecclesie vel monasterii, inornamentis & hmōi qđ est ɔtra sniam Hieronymi & Ambrosii. xii. qō. ii. c. aurũ. & . c. gloria epi. & etiã Bernar. Et tñ a modernis fiunt hodie multe superfluitates & curiositates, & pallatia contra exempla oĩum sanctorũ, & in his amittit multum tp̃s & deuotio, ita vt completis edificiis exhaustus videat oĩs sp̃ũs, & paupes iterea moriũtur fame quos de superfluis eorum tenentur sustentare. xii. q. i. c. ep̃s ecclesiasticarũ. ❡ Si nimis fuit sollicitus circa temporalia, ex hoc minus debito vacans sp̃ũalibus in se & in subditis vt lectioni, orõni, admonitioni, vtiq̧ pc̃tm̃ est plus & minus ꝑm q̃tiatem excessus. Principalis eni eius cura debet esse de spiritualibus. ❡ Si p curias nimis discurrit litigando cum scandalo hominum cum posset per alium modum magis pacificum sua repetere & si non tm̃. ❡ Si iura & priuilegia sue ecclesie non seruauit & defendit vt debuit. ❡ Si in dispensando, indiscrete se habuit, vel quia nimis de facili & sine causa rõnabili in ieiuniis dispensauit. In esu carniũ in retinendis rebus ad vsum. In penitentiis taxatis ꝑm regulam vel constitutiones & hmōi, quia peccauit inducendo relaxationem & rigorem religionis eneruãdo. Vñ beatus Benedictus in regula dicit, ꝙ de oĩ dispensatione hēt reddere rationem. ❡ Si fuit nimis durus ĩ dispensando cum debuit precipue cum debilibus & infirmis & huiusmodi non prouidens eis. ❡ Si fuit exẽplaris in incessu moderato, habitu non precioso in modestia gestus. In locutiōe rara graui & fructuosa, cauẽs discordias pacem nutriens oẽs patienter videns, & tolerans

tolerans, singularitates vitans cõmunia sequẽs cũ potest, nemini blandus, affabilis cunctis, surrationes, detractiones, irrisiones, confabulationes, maledictiones, cõtẽtiones in se & in suis eliminãs, circũspectus in omnibus nõ delectatus de presidẽtia, sed timẽs de negligẽtia, cum de singulis habeat reddere rationẽ sibi cõmissis. Ita curã aliorũ habeant ꝙ sui nõ obliuiscãtur, vt docet Grego. in pastorali. ¶ Si in corrigẽdo fuit nimis remissus uel nimis rigidus, vtrũqꝫ cauẽdum est vt docet Greg. in moralibus, & habetur. xlv. dist. c. disciplina. Nam facilitas venie incẽtium ꝑbet delinquendi. Ambro. xxiii. q. iiii. c. est iniusta & asperitas nimie increpationis, nec correctionẽ recipit, nec salutem. Leo. distin. xlv. c. cum beatus. & c. licet plerumqꝫ. ea. distin. ¶ Precipue vero circa seniores debet prelatus in corrigẽdo se habere humanius, vt dicitur in illo. c. nisi essent habituati in malo, qa tunc durius ſm Greg. vt. d. c. disciplina. & c. licet plerũqꝫ. & c. cũ beatus. & c. penitudinis tẽpora. xxxvi. q. vii. & c. tãta. lxxxv. distin. ¶ Si nõ induxit quãtum potuit uerbo & exẽplo ad obseruandũ omnia cerimonialia ordinis sui. ¶ Si malas cõsuetudines seu corruptelas, regnare permisit. s. cõtra regulã & decẽtiam religiõis, etiã quas inuenit iam inductas nõ abstulit quantũ potuit, vt vitiũ proprietatis, discursum fratrũ ad placitũ, familiaritatẽ cũ mulieribus uel uiris si est monacha, collationẽ rerum amicis & cõsanguineis sine licẽtia & rõnabili causa, esum carniũ vbi non debẽt comedi quod est vniuersale omni monacho, de cõsecra. distin. v. c. monacho, & precipue que sunt cõtra essentialia vota religiõis nullo modo debet permittere, nec etiã ad receptionẽ simoniacã causa monialiũ sicut hodie fit quasi vbiqꝫ. Quod si nõ potest talia remouere, nec est spes in futurum dimittat curã exẽplo sancti Benedicti, vii. q. i. c. aduersitas, circa

fi.m.c.fi.ea.q.alias ne quietē suā amittat, & tandem cū eis dānationē incurrat quicūq; sit ille abbas uel abbatissa, prior uel priorissa, uel alias quocunq; nomine cēseatur. Nec sufficit q̄ p̄latus corrigat uitia que iam nosce contigerit, sed debet diligēter agnoscere vultū pecoris sui cōsiderādo uias eius. ℭ Caueat aūt ne crimina sibi delata in foro conscientie uel in secreto prodat uel iudicet de illis in foro contentioso, seu in cap. vbi enim tantū manifesta sunt puniēda nec foro miscenda sunt iudiciali. ℭ Si habet sub cura monasteriū monialium, de qua materia dicetur in.c.s. ℭ Si indiscrete fecit precepta in quibus multum debet cauere nisi sit res ardua. Et si cogeret per preceptū uel sentētiam ad aliquid faciēdum vel dicēdū in quo nō esset ei subditus; uel nō deberet ei obedire, uel reuelando peccatū occultum omnino esset ei mortale. Inquisitione uero criminum, receptione accusationis, uel denuntiationis, uel prolatione sentētie excōicationis, & hmōi non sit preceps. Nō procedat per suspitionē, sed per probationes & modos iuridicos, alias incurrerūt graue peccatū, & aliqñ sñiam excōicationis, de his in tertia parte sum. titu.ix. quasi per totū. ℭ Si prelatus recipit aliquē in ordine mēdicātium ad professionē ante annū cōpletū p̄batiōis seu nouitiatus est suspēsus a receptiōe aliorū ad p̄fessionē, & debito pene grauioris culpe, vñ mortaliter peccat. Extra de regularibus.c.nō solū.libro.vi.

ℭ De episcopis & prelatis superioribus. Cap.xv.

Circa Ep̄os & alios superiores p̄latos sic possunt formari interrogationes nisi sit talis literature & scientie q̄ per se sciat explicare que debet, ad quod tñ tenetur cū habeat alios super his īformare & dirigere. Nā si bonus cōmuniter ab hominibus reputat̄ & sufficiens, nō esset necessariū nisi eū audire. Et si de aliquo

negocio non intelligit eũ confessor uel dubitat, potest de illo loqui pro sua serenitate. Et si tale quid esset in quo variantur opiniones uel nõ potest dari certa sententia, relinquẽdum est sue conscientie. ¶ Idem dicendũ circa alios clericos religiosos, p̃latos & laicos peritos & timoratos, qui sciunt dicere sufficienter facta sua. ¶ Si uero non est talis, sed indiget adiutorio interrogãtis, inquantũ clericus est inquiri ab eo põt, prout expedire uideť de his que habes supra circa clericos in cõmuni, ut de officio diuino, de celebratione, & administratione sacramẽtorũ & modo & hmõi. ¶ Si assumptus est ad episcopatũ ex religione, interrogãdum est de his que habes in.c.circa religiosos quo ad multa. Nam adhuc teneť seruare ordinẽ suum, nisi in his que nõ patiunť officiũ pastorale, ut silẽtium, sollitudo, & vigilie, & hmõi. Hec uide in.iii.parte sum.ti.xxi.c.ii. Item Tho.ẽa ẽe.q.clxxxv.arti.viii. Inquãtũ uero beneficiatus seu curatus est & p̃latus, interrogãdũ est de his que habes supra in.c.circa beneficiatos. Et si recepit dignitatẽ seu ep̃atũ habẽs aliquã irregularitatem, uel per simoniã, uel per intrusionẽ, dic ut in.c.p̃cedẽti in princi. Deinde interroga de his que sequuntur, que sunt specialia cure & officii pastoralis. ¶ Si cõtulit ordines sacros idebite, quod est vnũ in quo multũ offendunt. ¶ Si contulit per simoniã sed occulte, mortaliter peccauit, non tñ est suspensus ex hoc quo ad alios, sed per simoniã notoriã, est suspẽsus etiã quo ad alios. Sed in vtroq; casu ordinatus ab eo est suspẽsus & indiget dispẽsatione. ¶ Si cõtulit sciẽter nõ habẽtibus legittimã etatem, mortale est, nec potest ipse dispẽsare de etate. ¶ Si contulit ordines per saltum sciẽter, uel duos sacros simul, uel quatuor minores cũ subdiaconatu, peccat mortaliter. ¶ Si ↄtulit ordines sacros extra tẽpora ordinationum, mortale est, nisi ex dispẽsatione

pape, & ordinatus est suspensus. Minores aũt ordines cõferre põt diebus festis. ¶ Si ĩ ordinatiõe omisit aliqd faciẽdũ, & si omisit aliqd de substãtialibus in qbus imprimit̃ character, oportet totũ iterare ĩ alia ordinatione q̃tuor tẽporũ. Si uero est quod nõ est substãtiale, sed de simplici solẽnitate, nõ debet iterari, sed suppleri tãtũ omissum in ordinatione alia, nec prius ante supletionẽ, iste ordinatus debet exercer̃ officiũ. Peccat ẽps in hmõi, si est certa sciẽtia uel crassa ignorantia hoc facit. Idem videt̃ si ex notabili negligẽtia. ¶ Si ordinauit aliquẽ sine licẽtia sui superioris scienter, mortale est, & est suspẽsus per annũ ab ordinũ collatione. ¶ Si nõ fecit fieri examinationem de ordinãdis, de sciẽtia, etate, & moribus, & hmõi ẽm iura, peccat mortaliter: Idem si fecit fieri examinationẽ per ineptos ad hmõi ordinãdos. Idem si fieri fecit per tales, quos estimabat propter mala eorũ consciam ꝙ admitterẽt indignos, si ad eum spectat prouidere de talibus uel remediare. ¶ Si sciẽter admittit indignũ quem iuste repellere potest, ut cõcubinariũ, illiteratũ, & hmõi. ¶ Si nõ cõtulit sacramẽtũ confirmationis qñ debuit. Soli enim ẽpi possunt illud cõferre. Et omni anno semel deberẽt conferre, & extra illud tẽpus solitum, omni tẽpore anni & hora, morituris possunt cõcedere, ne sine hoc moriatur quis sine hoc saluẽtur. Cõmittẽdo ergo magnã negligentiam, ut per multos annos crede esse mortale. ¶ Si nõ dedit sacramẽtum ẽm debitã formã materiã & locum, mortale est. ¶ Quod aũt sit ieiunius, nõ est necesse & si decẽs & de iure. ¶ Si bis alicui dedit sciẽter, peccauit mortaliter. Vnde in hoc debet esse cautus ne iteret, & etiã debet aduertere ꝙ aliquis chrismatus teneat chrismãdũ, nõ cõsanguineus sed alius: ¶ Si in cena domini nõ consecrauit chrisma & oleũ sanctũ vt debuit, quia innouando sunt talia, & si nõ seruauit de

bitam materiā & formā & ritū ecclesie, mortale est, & hmōi. ¶ Si cōsecrationes ecclesiarū, uel altariū, & calicum, & patenarū & benedictiones vestiū sacrarū, non fecit vt debuit ſm formā & ritū ecclesie, vel si quid horum fecit per simoniā, mortale est. Idem de benedictionibus abbatū & abbatissarū. Idem de reconciliatione ecclesie violate. ¶ Monialem quā nouit esse corruptā nō de facili debet consecrare in virginē, nec tñ manifestare crimen si est occultū, sed mutare nomē uirginis in castam vt nō perpēdatur. ¶ Si cōtulit beneficia per simoniā, mortale est, & si per notoriā est suspēsus, etiam quo ad alios. Secus si per occultā, quia nō est suspēsus. ¶ Si contulit sciēter indignis beneficia siue simplicia siue curata, mortale est. Idem si acceptauit a patronis presentatū ineptū. Idē si cōfirmauit indignū. ¶ Si cōtulit plura beneficia in casu nō concesso vni vel plura officia, aut prebēdas, aut dignitates, uel si consanguineis minus aptis cōtulit ratione cōsanguinitatis postponēdo aptiores, mortale est. Si admisit ad beneficia habētia curā animarū, seu ipsa cōtulit nō agētibus annū. xxiiii. mortale est. ¶ Si ecclesis de iure vacantibus nō prouidit de rectore, sicut vacāt curata beneficia data absq; dispēsatione pape his qui non attingūt annū xxv. uel si infra annū non faciunt se ad sacerdotiū promoueri, nisi causa studii sit omissum, de quo vide in cap. circa beneficiatos supra. ¶ Si enim infra sex menses primo post hoc non prouidit non potest postea se intromittere, alias vsurparet quod nō potest, qa mortale est, & nō tenet talis collatio, & sic teneretur errorem suū manifestare. Idē quando recepto secūdo beneficio vacauit primū, uel secūda pbenda vacauit prima. De quo habes supra, sed plene ī tertia parte sum. ti. xv. c. i. §. xv. ¶ Si ordinauit aliquē clericū ad ordinem sacrū sine titulo vel beneficio, uel saltē patrimonio suffi-

tiēti, quia vltra pct̄m tenet̄ ei expensas facere quousq̄ de beneficio sit ei prouisum nisi aliquis eps̄ hoc ei com misisset determinādo personā quia tūc ille cōmittēs te netur ad id de hmōi, de qbus vide in tertia parte sum. titu. xxi. c. ii. ❡ Si in visitatione nō dilīgēter quesiuit de quibus debuit & maxime de uita & honestate sacer dotum officiantiū, & quomodo se habeant in admini stratione sacramētorū, & de forma eorū, si bene pronū tiant, precipue baptismatis quod est magis necessariū. ❡ De audiētia confessionū quomodo se habeāt, quo modo populū admoneāt & in rebus ecclesie precipue altaris quod teneat mūdas. Si aūt inuenit in hmōi no tabiliter excedere & periculose, si nō punit & ꝓuidet q̄ illi se emēdent, uel de alio si iste est incorrigibilis & omnino ineptus grauiter peccat, & oīa mala & dāna animarū que inde sequūtur ei imputātur si pōt obuia re, & nō facit. lxxxiii. dist. per totū. ❡ Si nō uisitauit epatū suum ut debuit. ❡ Si in uisitatione nimis sum ptuosus fuit, & cū nimia familia & equitaturis nimiis vltra p̄scriptū numerū, uel si ipse uel familia eius mune ra accepit, super quo est specialis pena, de quibus plene in tertia par. sum. ti. xxi. c. iiii. ❡ Si sustinet in officiis & bn̄ficiis, notorios cōcubinarios, quos debet post ad monitionē, si nō dimittāt etiā bn̄ficio priuar̄, grauiter peccat. ❡ Si pro aliis malis & sceleribus manifestis nō punit ut usuris vacātes, ludis, tabernis, aleis, negociis secularibus, uenationibus, proditionibus, & hmōi. In his enim nō puniēdo, uidet̄ male posse excusari a mor tali, nisi ex hmōi punitionibus, sequeret̄ scisma uel ma gnū scandalū. l. dist. c. vt cōstitueretur. ❡ Si laicos sibi subditos notorios peccatores quos per se nouit, uel si bi per parrochianos eorum denūtiatos, vt adulteros, vsurarios, inimicitias manifestas exercētes nō corrigit per cēsuras & alios modos, grauiter peccat, nisi omit

tat quia non speratur emẽdatio, sed deterioratio eius. Sed tamen hoc nõ uidetur sufficiẽter excusare, sed hoc aliud, si timeretur graue scandalũ in aliis. dist. xliiii. c. cõmessationes. ¶ Si malas cõsuetudines quas reperit in sua diocesi non nititur auferre quantũ potest, ut vẽdere, laborare, & hmõi in diebus festis, nõ cõmunicari semel in anno, & cõfiteri, & hmõi, tripudiare in ecclesiis, permittere uiolari ecclesiasticã libertatẽ, vt ꝙ clerici cõueniant pro delictis uel pro debitis in iudicio seculari, uel ecclesiasticã immunitatẽ, ut ꝙ extrahãtur debitores uel malefactores per violẽtiam de locis sacris, & hmõi in casibus nõ cõcessis. Debet enim prohibere & si post admonitionem nolũt desistere excõicare, & pro cõmissis iam punire, alias peccat grauiter omittendo ex timore uel negligẽtia. di. xliii. Sit rector uel doctor. De hac immunitate & libertate ecclesiarum, uide diffuse in tertia parte sum. ti. xii. c. iii. ¶ Si fructus uel redditus epatus sui male espẽdit, dãdo consanguineis suis, uel aliis non indigẽtibus, peccat grauiter, & si distincta sunt ea que deputãtur ad mensam eius ab aliis. Et si ea que errogare debet clericis uel ad reparationẽ ecclesie, uel pauperibus, dat cõsanguineis vel aliis amicis sine probabili indigẽtia tenet restituere illa, qa rapinam facit, & similiter recipiẽtes ab eo. Si uero nõ sunt distincta hec bona (cũ intelligantur oĩa cõmitti fidei sue) ea que superfluũt ad vsum sui & familie sue cõuenieter, debet pauperibus errogare, alias nõ dando pauperibus subtrahit. xii. q. ii. c. aurũ. & c. gloria epi. Th. Sa se. q. clxxxv. ar. vii. ¶ Si grauiuauit suos subditos in indebitis collectis. ¶ Si fecit clericos suos soluere collectas, talias positas a domino tẽporali, uel gabellas ad eius instantiã. ¶ Si sponte ipse dedit absq; licẽtia romani põtificis, quia ꝓhibet. ¶ Si delicta clericorũ, ut blasphemãtiũ deũ uel sctõs, suffocãtiũ paruulos

ex inaduertētia, & hmōi puniuit magis pena pecunia ria ex auaritia, & magis ꝓpter lucrū q̄ pro salute eorū & nō magis ad refrenādū. ¶ Si uisitauit diocesim uel uisitari fecit magis ꝓpter lucrū, q̄ ꝓpter animarū salutem. ¶ Si alienauit bona epatus sui sine licentia pape in casu indebito, in quolibet horum, est mortale. ¶ Si iura aliarū ecclesiarū nō seruauit. ¶ Si bona uacantiū ecclesiarum sibi usurpauit cū debeāt successori seruari. ¶ Si iusta debita a p̄decessoribus cōtracta rōne ecclesie nō soluit. ¶ Si fructus alicuius beneficii ad tēpus acce pit, uel partē ab eo cui dedit vult habere, ī quolibet horū est rapina. ¶ Si nō seruauit formā iuris circa manifestos vsurarios, sed de certa quātitate cōtentus, nō facta debita restitutione remittit sibi, & ad sacramēta & ad sepulturā admittit. ¶ Si in certa pauperibus dispensanda, in usum suum cōuertit sine necessitate. ¶ Si sentētias excōicationis de facili ꝓpter lucrū profert, uel absolutiones. ¶ Si permisit questuarios uel alios pronunciare īdiscretas īdulgētias & falsas, quodlibet est mortale & graue. ¶ Si exēptos, ut fratres Predicatores, Minores, Heremitas sancti Augu. Carmelitas, Seruitas, Cisterciēses, & alios habentes priuilegia exēptionis iniuste molestat nō seruādo eorū priuilegia, uel ꝑ audiētia confessionū, nō admittēdo sibi presentatos idoneos, s̄m cle. dudū de sepul. uel sibi retinēdo nimios casus, uel inconsuetos ut quotidie habeāt ire ad ipsum, uel ad aliā cogēdo ad quartā, quātū ad id in quo sunt priuilegiati, uel eos ad iudiciū trahendo, cum in nullo possit eos cōuenire nisi pro heresi, peccat grauiter. ¶ Si monasteria monachorū uel monacharū nō exēpta nō honeste & diligēter uisitauit, & eos uel eas ad seruandum regulā induxit, deponēdo abbates uel abbatissas pro relaxatione cū expedit, habēdo curā de honestate earum & ꝙ habeant familiaritatem cum clericis, reli

giosis, uel laicis, prouidendo de diligenti clausura & de confessore securo, docto, & bone conscientie, prohibēdo ingressum simoniacum, & conuiuia feminarum que ibi fiunt, & festa vana in consecratione earum.

¶ De iudicando in foro contentioso.

Si non tenuit vicarium peritum & bonū, precipue quando ex se non habuit debitam sufficientiam iuris. ¶ Si non seruauit debitum ordinē iudiciarium. ¶ Si fuit acceptator personarū. ¶ Si dedit iniquas snias dic vt supra in.c.circa iudices. ¶ Si non seruauit debitam formā iuris in ferendo scias excōicationis, suspensionis, & interdicti. quia vltra pctm̄ mortale, incurrit certam penā de qua in.iii.par.sum.tit.xxv.c.xiiii. precipue i causis matrimonialibus oportet esse cautissimū & ponderosum circa diuortia. ¶ Si dedit lniam dn̄o temporali vel iudici verberandi, vel ponendi in patibulo, vel incarcerandi vel alias puniendi clericos suos, nisi in casu in quo essent incorrigibiles p eū, quia efficitur cum predictis excōicatus.c.vt fame.extra de sen.excō. Neminem tamen debet verberare manibus suis, nec tn̄ cū expedit per laicū, sed per clericum debet facere verberare clericum, ꝺm iura, & a causis sanguinum debet abstinere opere, consilio & mandato. ¶ Si hereticos diligenter non inquisiuit i diocesi sua, & puniuit ꝺm iura. ¶ Si testamenta & vltimas volūtates nō fecit implere, ꝑcipue legata facta ad pias cās. ¶ Si dispensauit in votis & iuramentis in quibus nō potuit. vel si potuit tn̄ indiscrete & sine causa rōnabili, pctm̄ est graue. ¶ Si absoluit a sententiis a quibus non potuit, vt pape reseruatis, vel dispensauit in irregularitate de qua non potuit. ¶ Si exemplaris fuit in habitu non precioso vel pomposo, suppellectilibus nō argenteis, & curiosus i apparatu domus & ornatu nō seculari, in victu sobrio non conuiuali nisi pro paupe/

ribus,in visitando ecclesiam interessendo diuinis, & p̄cipue in diebus festiuis,hec debet facere f̄m iura,in solē nitatibus precipuis cantando missam, dicendo officiū deuote non cursim, ordinando q̄ dicat in ecclesia sua debite frequentando orationes priuatas, vacando le/ctioni.dist.xxxvi.per totum p̄dicando si sit, si nescit prouidendo gregi sue de predicatoribus vtilioribus non curiosis,& de cōfessoribus, tenendo honestam & & deuotam familiam,sollicitus de eius salute , vitādo mulierum conuersationem sicut pestem.❡In exitu de domo raro nisi ad ecclesiam,sepe conferendo & querē do consilia a seruis dei q̄uo possit suo gregi prouidere. Adulationes vt venenum abhorreat.Pater viduarum, pauperum,orphanorum & oppressorū existat,& cau/sas eorum sine expēsis expediri faciat. ❡In iniuriis p̄priis non sit vindicatiuus,sed patientissimus.In verbo & gestu non subitus & iracundus.Nemini multum fa/miliaris nisi seruis dei. Superioribus obediens, equali/bus non inuidens,non gaudens de dignitate & hono re,sed lugens pro exteriori occupatiōe & plebis offen sione,& si in omnibus diligenter se habuerit nil deo ac ceptabilius.❡Si vero perfunctorie & male nil miseri us & damnabilius ep̄i dignitate vt dicit Aug. dist.xl. c.ante oīa.❡De prelatis habes multa in.iii.parte sū. tit.xx.c.fi.per totum.❡Ep̄i & supra concedentes ali quam domum vsurariis manifestis alienigenis ad fen? exercendum,sunt ipso facto suspensi, extra de vsur.c. vsurarum.lib.vi.❡Similiter si permittūt q̄ hmōi vsu rarii alienigene exerceant fenus in terris eorum subie/ctis iurisditioni,nisi infra tres menses expulerint eos, suspensi sunt, vt in dicto.c.vsurarum.de vsuris.lib.vi. ❡Qui se gerit p̄ papa electus a minori parte q̄ a dua bus partibus cardinaliū est ipso facto excōmunicatus. ❡Et similiter cardinalis qui presumpserit nominare

talem papam, & similiter oēs alii qui talē reciperent ꝑ papa, extra de elec.c.licet. ¶ Oēs clerici & religiosi ac laici siue familiares curie siue alii, qui aliquod pactū fecerint, vel aliquid magnum vel paruū promiserint, vel promissionem receperint ex pacto, vel promisione occulta vel manifesta, dederint vel receperint qd magnū vel paruum, pro aliqua iustitia vel gratia pro se vł alio ī causis iudiciariis vel literis apostolicis, & quibuscūq; modis ab apostolica sede obtinenda, ipso facto sunt excōicati. In extrauaganti Bonifacii.viii. cuius absolutio pape reseruatur. Hec habent locum in curia romana. Io.an. Anto. debutrio eam allegant.

¶ De absolutione & penitentie iniunctione. Cap.xvi.

Postquam vero penitens dixit ex se siue ex interrogatione confessoris interrogantis pctā sua vt debuit, tādem concludat. In istis peccaui, & in multis aliis cogitatione, delectatione, locutiōe, ope, & omissione, vel aliquod hmōi, de quibus dico meam culpā. ¶ Confessor vero iterroget eum (nisi sit talis de quo in hoc nō dubitetur, quia tunc superfluum & irrisibile) si ipse dolet de oībus peccatis venialibus & mortalib⁹ confessis, & si proponit firmiter in futurum ab illis abstinere, s. ab oībus mortalibus. Itē querat si talis hēt aliqua restituere vel famā vel res, vel ꝑ iniuria satisfacere & hmōi, & si est paratus facere q̄ citius potest absq; dilatiōe aliqua. Que restitutio qñ faciēda sit, & quo ordine, quo ad certa & incerta, vide hic infra in tractatu de restitutionibus per totum. Qd si dicat se nolle illud facere vel non posse, cum tñ possit, non est absoluēdus. Th. in opusculo.xxii.c.iii. in fine. & .xi.q.iii.c. tunc vera. pōt tñ sibi dici. Misereatur tui &c. sed nullo modo. Ego absoluo te. Potest etiam ei iniungi aliquod bonū faciēdum, non tñ in pniam, declarando sibi hoc q̄ in-

fructuosa sit talis confessio ei & sine remissiõe pctõrũ. de pe. dis. v. c. falsas. Sed si paratus est facere oĩa ad q̃ tenetur, tunc si esset aliqua excõicationis sñia ligatas, si nõ potes eum absoluere ab illa, remitte eũ ad epm, seu ad alium q possit absoluere, vel tu vadas ad procurandũ absolutionem pro eo. Et cum est absolutus ab excõicatione, postea tu eum absolue a peccatis & non prius. Th. in. iiii. dis. xxviii. q. ii. ar. v. q. i. ad. ii. Itẽ dis. xix. q. i. ar. iii. q. ii. ad. ii. ¶ Si autẽ potes eũ absoluere hñdo ĩ hoc spãlem auctoritatẽ, si non absoluisti eum in principio quod decẽtius fuit, nec tñ est multa vis si fiat in fine confessionis, dummodo fiat añ absolutionem a peccatis, absolue eum per hunc modum vt infra. ¶ De modo absoluendi ab excõicatione maiori. ¶ Primo exigendum est ab eo iuramentũ vt sit paratus stare mãdatis ecclesie, que illi fient pro illa causa quo iuramento pstito, iniũgat ei hoc. s. si incidit faciendo contra aliquem canonem proponat non amplius facere contra illum. Si vero pro offensa vel dãno facto in alium, promittat satisfacere quantnm põt. Et hoc facto denudatis humeris, confessor seu absoluens, cum disciplina vel virga pcutiat eum dicẽdo psal. Miserere mei deus, vel alium psalmum penitentialẽ, dandum ictum pro quolibet versu, postea vero gloria patri, & sicut erat initis subiungat. Kyrie eleison Chre eleison. Kyrieleison. Pr̃ noster. Et ne nos. ℣. Saluum fac seruum tuũ. ℟. Deus meus sperantẽ in te. ℣. Esto ei dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimicus ĩ eo. ℟. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere ei. ℣. Dñe exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spũ tuo. Oremus. Deus cui proprium est misereri semper & parcere suscipe deprecationem nostram, & hunc famulum tuũ quẽ sñia excõicationis ligatum tenet, miseratio tue pieta

tis absoluat. per Christum dominum nostrum. Aucto/ritate oipotentis dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli & dñi pape vel archiepi, vel epi mihi conces/sa. Ego absoluo te ab hoc vinculo excõicationis quam incurristi propter iniectionem manum violentam i cle ricũ, vel religiosum, vel propter ingressum in monaste/rium monialium in casu non cõcesso & hmõi, Et si plu ribus sententiis est ligatus, est dicendum totiens, ego absoluo te ab excõicatione quam incurristi propter ta lem & talem causam, & si pluries propter eandem cau sam dicendũ est toties quoties incurristi toties ego ab/soluo te, & restituo te sanctis sacramẽtis ecclie & cõio ni, & vnitati fidelium. In nomine patris & filii & spi/ritus sancti amẽ. Verberãdo eũ vsq; amen. ¶ Nota tñ ꝙ ista forma q̃uis debeat obseruari, vt extra de sen. ex cõ. c. nup. non tamen est ita necessaria quin simplici ver ba fieri posset, ẽm Pet de palu. & Io. de lig. Sicut ergo excommunicatio fieri põt simplici verbo q̃uis non de beat fieri, sic & absolutio. extra de regul. iur. c. oĩs res. Sed quando fieret hmõi absolutio in publico, vt erga mulieres, forte tunc esset omittenda hmõi verberatio ne denudetur pc̃tm̃. Si vero quis propter rem ablatã alteri esset excõicatus q̃uis restituerit, non tñ est abso/lutus nisi iudex qui contulit sñiam eum absoluerit, & hoc declarandum est personis post absolutionẽ ab hu/iusmodi excõicatione (vel si nõ est aliqua sñia ligatus) si habet aliquos casus pc̃tõrum epo reseruatorum de q bus non potes absoluere, nihilominus absolue eum ab illis a quib⁹ potes sub hac forma. ¶ Si teneris aliquo vinculo excõicationis minoris, ego absoluo te & resti tuo te sc̃tis sacris ecclesie. In nomine patris &c. Mise/reatur tui &c. Filius dei per suam misericordiam te ab soluat, & ego actoritate que fungor, absoluo te ab oĩ/bus peccatis tuis, a quibus possum te absoluere, In no/

mine patris &c. Peccata vero a quibus non pōt eū ab/
soluere, exprimat, ei imponens vt habeat recursum ad
epm vel eius vicarium propter hmōi absolutionem, &
dicat ea sibi in confessione vel si esset simplex & nesci/
ret ita bñ exprimere factum suum, scribat confessor in
cedula illud, vel illa si sunt plura, vt illam portet peni/
tens epo vel eius vicario sub hac forma vel simili. Lato
rem vel latricem pñtium pro homicidio vel incestu ta
li gradu, & hmōi cōmisso absoluendum vestre pater/
nitati transmitto, vt absolutionis beneficium imponē
do & ei salutarem pniam iniungendo ipm, vel ipsam
sancte ecclesie recōcilietis. Q d si eps vel vicarius remit
tat eum ad confessorem, ipsum auctoritate illius iterū
absoluat ab oibus, & iponat pniam pro illo pro quo
nondū imposuerat, & cautum reddat illū ne illā cedu/
lam alteri legēdam tradat, vel etiam ipse ꝯfessor si pōt
vadat pro eo ad epm pro auctoritate, si sibi velit dare.
¶ Si vero ille non habet casum de reseruatis, vel si hēt
& confessor pt de oibus absoluere (premissa absolutio
ne ab excōicatione minori, & aliis vt supra. s. Miserea
tur &c. Filius dei &c) dicat ego auctoritate q̄ fungor
absoluo te ab oib⁹ peccatis tuis. In nomine patris &c.
& faciat tunc signum crucis cum dicit i nomine super
illum. Nec est necessaria manus impositio super penitē
tem, immo nec decens scdm Tho. i opusculo. xxii. c. iiii.
Itē in. iii. parte. q. lxxxiiii. ar. iiii. Pe. de pal. in. iiii. dist.
xxii. q. iii. pcipue super mulieres. Magis enī decet signa
tio crucis, & postea addat. Passio dñi nostri Iesu Chri
sti, & merita beate Marie virginis & oium sanctorum
& sanctarum dei & quicquid boni feceris vel ꝑponis
facere & mala q̄ sustines & sustinebis sint tibi i remissio
nem oium pctoꝝ tuoꝝ, q̄ verba nō sunt omittenda, qa
sunt magne vtilitatis vt. s. oia hmōi postea habeāt vim
satisfactionis ex virtute clauium, & sic magis valēt.

¶De pnia iniungenda penitenti

INiungendo vero pniam penitenti hoc maxime attẽdẽdũ est ſm oẽs, vt.s.talem des ꝙ credas eũ oĩno pficere quantũcũꝗ; sit magnus peccator, & ſm Chry. melius est in hmõi reddere rationẽ de nimia misericordia q̄ de nimia iusticia.xxvi.q.vii.c.alligãt,dando etiã libertatẽ ꝙ cum vna die ommittit.s.orationem iniunctam vel ieiunium,possit in alia die supplere. ¶Si vero dubitatur de aliquo,ne faciat pniam, puta ieiuniũ dicas ꝙ faciat loco ieiunii eleemosinã vl aliud. ¶Orationes vero personis que de facili solent recidiuare in mortali,raro dande suntvel per paucos dies dãde sunt. ¶Ieiunia vero,eleemosyne,& peregrinationes & huiusmodi pñt dari per plures dies,quia hmõi etiã si fiãt in mortali,non sunt reiteranda, quia valent quantum ad effectum quem post se relinquunt post expletionẽ in satisfaciente cum quis reuertitur ad gratiam. Th.in iiii.di.xv.ar.iii.q.iii.ad tertium.Item nota ꝙ hec quotatio valet ad supradicta folio.xxxiiii.in.i.colum ad pniam iterandã in mortali factam vbi allegatur Tho. & Alber. ¶Querendum est etiam a penitente si põt vel dubitat facere pniam sibi datam,quia tunc non esset danda,vel cõmutanda vel remittenda esset. ¶Declarandum est etiam peccatoribus magnis,ſm Host.ꝙ ſm regulas ecclesie taxatas.xxii.q.i.c.predicãdum pro quolibet mortali esset septẽnis pnia iniungenda, & iõ non credat peccata sua leuia, qa parua daẽ ei pnia,qa hoc sit ne eã dimittat,quod esset ei mortale,&oporteret ei confessionem iterare si esset oblitus eius. Põt etiã admoneri ꝙ faciat aliquod memoriale de pnia sibi iniuncta,vt melius illius recordetur, & si obliuisceretur ꝙ ad te reuertatur,vel si non põt benefacere illam, tu commutabis eam sibi. ¶Si vero postea recordatur de aliquo peccato criminali quo tunc fuit oblitus, si põt

tui hēre copiā reuertat ad te, q̄uis non sit ei necessariū, vel vadat ad alium, nec tenet nisi tm̄ illud dicere. ¶ Si habet vota q̄ nō pōt iplere, vel dubitat si tu hēs in hoc spālē auctoritatem dispēsa, vel potius in aliud piū cō/mutas, si vero non habes auctoritatem, remitte eū ad ep̄m vel eius vicarium. ¶ Caue etiam ne iniungas pe/nitentiam per quam fiat preiudicium alieno iuri, aut p quam detur occasio ruine spūalis alicui, aut per quam possit manifestari alterius pc̄tm̄ occultum. ¶ Confes/sum aūt quantum potes studeas ad contritionem indu cere verbis, siue ante, siue in processu, siue post cōfessio nem, vt non dicat peccata sua quasi fabulas, sed cum de testatione, & vt ait Aug. Caute & astute aliquādo in terrogando que credit illum ex verecundia occultare. ¶ Circa vero turpia & carnalia peccata non descēdas nimis ad particulares circunstantias postq̄ habetur spe cies sufficiens peccati & in hmōi a remotis interrogan do, ne adiscant hoīes malicias & peccata que nesciunt. Tho. in. iiii. dist. xix. ar. iii. in fine. Admone eum super oīa vt vitet malas societates, frequenter cōfessionē, au/diat sepe verbum dei, querat orationes & participatio nes bonorum que fiunt in religionibus & indulgētias.

¶ De infirmis. Cap. xvii.

Circa infirmos sic agendum est. Aut enī talis est in periculo mortis, aut non. Dico aūt periculū mor tis non solum quia in extremis constitutus, sed quia fre quenter contingit homines mori ex illa infirmitate, & medici dubitāt. In tali casu, pōt quilibet absolui a quo libet sacerdote, de quolibet pc̄ō, & a q̄libet snīa absq; alia lnīa, cum periculum est in mora. ¶ Talis enim in/firmus aut iam amisit loquelam vel vsum rōnis (puta quia freneticus) aut nō. In primo casu, si bn̄ viuebat vt bonus fidelis & frequentabat confessionem, cōionem & hmōi q̄uis nō petierit sacra, quia ex insperato talia

accidetunt,

acciderũt, uel etiã si malus & obstinatus diu pseuerãs in peccatis, & diu nõ cõfessus, si petiit sacerdotẽ vt cõfiteretur & ostẽdit se uelle facere oĩa que debet, & interea factus est mutus uel freneticus & periculũ est in mora, debet presupponi cõtritus, & faciẽte aliquo cõfessionẽ generalem pro eo, sicut fit in populo, sacerdos faciat absolutionẽ ab omni sentẽtia & peccato, & potest iniungere circunstãtibus aliquid pro eo faciendũ, uel heredibus aut cõsanguineis pro eius aia si volunt acceptare. Deinde debet dare eucharistia a proprio sacerdote seculari, q̃uis non sit cõfessus, quia nõ potuit, vel ab alio sacerdote seculari, non aũt religioso, si non habuit liniam a proprio sacerdote uel epõ, alias ipse religiosus incideret in excõicationẽ papalẽ in hoc casu, & hoc verũ est nisi timeret de expuitione uel uomitu eius, quia tunc non deberet sibi dari eucharistia, sed extrema vnctio tm̃, immo etiã si non potuit cõicare. Si propter frenesim nõ permitteret se vngi, põt ligari & sibi violẽter dari. Astantibus aũt infirmo, debet credi si peribẽt testimoniũ ꝙ petierit cõfessionẽ & ostenderit signa cõtritionis. ¶ Si aũt non est diu cõfessus, uel quia notorius peccator, incurrit subito amentiã & mutitatẽ uel infirmitatẽ, nec prius nec post ostẽdit signa cõtritionis, nil ei dari debet, nec sacramẽta nec ecclesiastica sepultura. Si vero nec loquelam amisit nec amentiã incurrit, debet ab eo exigi pura cõfessio peccatorũ plus & minus ẽm ꝙ patit̃ tẽpus. Nam si est in extremis, de principalibus est interrogandũ, per maxime inducẽdo eũ ad contritionẽ cũ spe venie. Sed si nõ est ita in extremis, & uellet facere generalẽ confessionẽ de tota vita sua sicut multi infirmi sancti fecerũt (q̃uis nõ sit necessariũ de his que rite alias cõfessus est iterare cõfessionem) admittẽda est, & tãdem absolutio impẽdẽda ab omni sñia excõicationis & ab omni pctõ, mo

do supradicto in.c.pcedēti,ita tñ ꝙ si ligatus esset ali qua excōicatione a qua cōfessor extra illud periculum nō potuisset absoluere,debet ei iniūgi,ꝙ si euadat in/ firmitatē q̄ citius cōmode pōt psentet se ei ad quē or/ dinarie spectabat absolutio illius excōicationis, alias si nō faceret,reincideret in eādem excōicationē, extra de sen.excom.c.eos.lib.vi.Sed si erat detentus aliquo pctō de casibus epo reseruatis,nō oportet ꝙ iniungat ei ꝙ post sanitatem ad epm vadat pro absolutione,qa ad illud non tenetur, sed sufficit sibi prima absolutio.
¶ Nota tñ ꝙ si talis esset vsurarius publicus,non po/ test talis admitti ad cōfessionē,cōionem, & ad alia sa/ cramēta, nisi facta prius cautione de restitutione vsu/ rarū, uel promissione ab heredibus de hmōi in casu ꝙ amisisset ipse loquelā, uel vsum rōnis post signa contri tionis ßm formā iuris que habetur in.c.q̄q̄ de vsu.lib. vi.His peractis non est pnia infirmo iniungēda, quia eam facere nō posset,sed innotescēda,ut dicit.xxvi.q. vii.c.ab infirmis,declarādo sic. Talē tibi darē pniam si esses sanus, q̄uis deberes facere multo maiorē ßm re/ gulas ecclesie,sed quia nō potes modo,cū eris sanus fa cies hoc uel illud,uel venies ad me & tibi dabo. Istud tñ vltimū nō videt securū, quia raro reuertunt pro pe nitētia.¶ Si uero deus aliter de te disponeret,dimit/ tas pro aīa tua tm̄ pro pnia.Potest etiā iniungi amicis uel cōsanguineis aliquid pro pnia, si vterꝗ acceptat & si credatur ꝙ satisfaciens pro eo sit in statu gratie. Super oīa enim auisandus est, vt si debet aliqd alicui, uel rōne malefici uel cōtractus,uel depositi,uel aliter, declaret bene vt non discedat cū alieno ab hoc seculo, ne in eternū dānetur. Et de restitutione & legatis ad pias causas, pro aīa sua ita disponat ꝙ cito cogantur executores expedire & nō prolōgare sicut sepe & quo tidie faciunt,Qđ si nollet sufficiēter disponere de testi

tutione fiēda, nō est absoluēdus. ¶ Exortādus est aūt ad cōtritionē simul & cōfidentiā diuine misericordie, exēplo lattonis meritis passionis xpi. ¶ Si aūt haberi nō possit copia sacerdotis, q̄uis bonū sit in hmōi periculis in mari, uidelicet bello, uel in infirmitate, uel morte violēta, laico cōfiteri, tñ non est necessarium. Q d si fiat, & quis euadat, teneť talis iterū de oībus illis peccatis cōfiteri, quia non habebat ille claues ecclesie. ¶ Si uero infirmus nō est in periculo mortis si habet casum excōicatiōis, uel peccata reseruata epo, debet cōfessor ire uel mittere ad epm si potest pro auctoritate hmōi, tñ modo tali ꝙ nō prodat peccatorē nisi prius ille sibi dederit licentiam nominādi eum. ¶ Si uero infirmus habet indulgentiam in articulo mortis a papa, appropinquante morte sic potest fieri absolutio post omnia supradicta pro dicta indulgentia.

¶ Forma absolutionis in articulo mortis, habentibus tantum indulgentiam plenariam a papa.

¶ Misereatur tui &c. Auctoritate domini nostri Iesu xpi & beatorū apostolorū Petri & Pauli, & dñi nostri pape. N. & sancte romane ecclesie, in hac parte tibi cōcessa specialiter & mihi commissa, concedo & do tibi plenariā indulgētiā & remissionē oīum peccatorū tuorum de q̄bus ore cōfessus es, & corde cōtritus, que nō cōmisisti sub p̄textu istius īdulgētie in q̄tum claues ecclesie se extēdūt, que quidem plenaria indulgētia sit tibi in augmētū virtutis & gratie & acquisitionis vite eterne. In nomine patris & filii & spiritus sc̄ti. Amen.

¶ Forma absolutionis ab excōmunicatione minori.

¶ Ego te absoluo a vinculo excōicationis quā incurristi participādo cū excōicatis in casu non concesso in loquella in cibo, uel potu & hmōi, & restituo te, sanctis sacramētis ecclesie. In nomine patris & filii & spūs ancti. Amē. ¶ Nota uero ꝙ in absolutione ab excōi

catione maiori debet primo exigi iuramentũ, ut.s.iu/ret stare mãdatis ecclesie, que.s.fiet ei ab absoluẽte pro tali materia, quo facto imponi ei debẽt mãdata ratio nabilia, vt satisfaciat ei quem lesit, uel dãnificauit si po test, si tñ pro hmõi est excõicatus. Precipue ei iniungẽ/dum est, ne amplius veniat contra illũ canonem uel si fuit excõicatus propter uerberationem clerici, nõ am/plius uerberet. Secũdo exutis humeris, absoluẽdus de bet uerberari cũ uirga dicẽdo psal. Miserere mei deus, uel aliũ psalmũ pnialem ad quẽlibet uersum dãdo vnũ ictũ. Postea subiungat. Pater noster. Et ne nos. Saluũ fac seruũ &c. prout paulo ante supra notatũ est. Deus cui propriũ est misereri &c. tũ habens auctoritatẽ ab/soluat sic dicendo. Auctoritate omnipotentis dei &c. prout supra plene dictnm est.

¶ Forma absolutionis excommunicatio/nis minoris, & a peccatis.

¶ Si teneris aliquo vinculo excõicationis uel partici pationis a qua possum te absoluere, ego absoluo te & restituo te sanctis sacramẽtis ecclesie. In nomine patris &c. Dominus noster Iesus christus te absoluat, & ego auctoritate qua fungor absuluo te a pctis tuis. In no/mine prs. Oia bona que feceris uel facies & qcqd pate ris, uel patieris sit tibi i remissionẽ pctõrũ tuorũ oium & in augmentũ gratie & premiũ uite eterne. Amen.

¶ Forma sacramenti baptismi.

¶ Ego te baptizo. In nomie patris & filii & spiritus sancti amẽ. Tho.in.iiii.di.iii.ar.i. Ego & amẽ nõ sunt de substãtia sacramẽti, tñ dici debẽt est statuto & con/suetudine ecclesie. Sed si dubitatur tũc sic dicat, si es ba ptizatus nõ te baptizo. Si nõ es baptizatus ego te ba ptizo, In nomine patris & filii & spũs sancti. Amen.

¶ Forma sacramenti confirmationis seu chrismatis dãde per episcopum.

¶ Consigno te signo crucis & confirmo te chrismate salutis. In nomine patris & filii & spiritus sancti amē. In fronte detur, & cum chrismate consecrato ab episcopo. Tho. in. iiii. distin. vii. q. i. ar. iii.

¶ Absolutio a peccatis.

¶ Ego absoluo te a peccatis tuis. In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Omnia uero alia sunt ad bene esse. Tho. in opusculo. xxii. c. iiii.

¶ Forma sacramenti extreme vnctionis, & primo ad oculos.

¶ Per istā vnctionem & suā sanctā ac piisimā misericordiā indulgeat tibi deus qcquid per visum deliquisti, ƀm ordinē fratrū predicatorū. Vel sic ƀm clericos seculares, quicquid vitiorum oculo deliquisti. ¶ Forma alia que dicitur esse Ambrosiana. Prior aūt forma Gregoriana est. Inungo oculos tuos isto oleo sanctificato. In nomine patris &c. Tho. in. iiii. dist. xxiii. q. i. ar. iiii. sed seruāda est prior. s. Gregoriana, & fiēda est vnctio in sex locis corporis ad minus. Primo in vtrisq; oculis dicēdo vt supra. ¶ Secūdo in vtrisq; auribus dicēdo. ¶ Per istam &c. vt supra, vsq; ad illud quicquid, & exinde sic deliquisti per auditū uel auriū uitio deliquisti. ¶ Tertio in naribus dicēdo. Per istam &c. quicqd deliquisti per odoratum uel narium vitio deliquisti. ¶ Quarto in ore clauso dicēdo. Per istā &c. quiquid per gustum deliquisti, uel quicquid oris vitio deliqsti. ¶ Quinto in vtrisq; manibus ab intro in palmis dicēdo. Per istam &c. quicquid deliquisti per tactum, uel tactus vitio. ¶ Sexto in pedibus ambobus in parte superiori dicēdo. Per istā &c. quicquid deliquisti per gressum, uel incessum, uel recessum, uel taliū vitio deliquisti. Clerici seculares addūt. vii. ad lūbos & que fieri debet vbi est cōsuetudo, licet nō vtaī ordo pdicatorū erga fratres, & fit in renibus dicēdo. Per istā &c. qcqd

lumborũ, uel per carnis vitium deliquisti, & dum fiũt vnctiones dicãtur hec verba semel tantum ẽm Pet. de palu. in. iiii. distin. xxiii. q. i. ar. ii. conclusione. iii.

¶ Forma consecrationis corporis Christi.

¶ Secundũ Th. in. iiii. di. viii. q. ii. Hoc est enim corpus meũ. Enim tñ nõ est de substãtia cõsecratiõis, nihilominus non debet omitti, alias peccaret mortaliter.

¶ Forma consecrationis sanguinis hec est.

¶ Hic est enim calix sanguinis mei noui & eterni testamenti mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Omnia enim verba hec sunt de substãtia consecrationis preter enim ẽm Tho, in, iiii. distin. viii. q. ii. arti. ii.

¶ Forma ordinum.

¶ Qui cũ sint. vii. ẽm Th. in. iiii. dist. xxiiii. q. ii. ar. i. q. ii. o. quilibet habet formã suã. ¶ Sciẽdũ est ẽm Th. in. iiii. disti. xxv. q. i. ar. i. ꝙ tũc imprimiẽ character, seu recipitur ordo, cũ porrectũ instrumẽtum illius ordinis tanq̃ materiam (ab epõ dicẽte formam illius ordinis) tangit manu, ordinatum ad illum ordinem.

¶ Forma ostiariatus.

¶ Illis qui ordinantur ad hũc ordinem, tradit episcopus claues ecclesie sic dicens. Sic agite quasi redditurii deo rationem pro his rebus que his clauibus recludun tur. Archidiaconus uero ostium ecclesie facit illis tangere, distin. xxiii. ostiarius.

¶ Forma lectoratus.

¶ Huic tradit eps codicem de quo lecturus est, vbi. s. sint prophetie, ut missale, uel epistolarũ dicens. Accipe & esto verbũ dei lector, habiturus (si fideliter & deuote impleueris officiũ tuum) partem cũ his qui verbum dei ab initio ministrauerunt dist. xxiii. lector.

¶ Forma exorcistatus.

¶ Huic tradit eps libellũ in quo scripti sunt exorcismi

uel illũ ubi exorcizatur aqua benedicta uel aliũ dicẽs. Accipe & commenda memorie, & habeto potestatem imponendi manũ super energumenos, siue baptizatos siue cathecuminos distin.xxiii.§.Exorcista.

¶ Forma acolytatus.

¶ Huic tradit eps̄ ceroferariũ idest candelabrũ dicẽs. Accipe ceroferariũ cũ cereo & scias te ad accẽdẽda luminaria ecclesie mãcipari. Accipiat etiã vrceolũ vacuũ ab archidiacono dicẽte epo. Accipe vrceolũ ad effundendũ vinũ & aquam in eucharistiã sanguinis xp̄i. In datiõe vrceoli imprimitur character ſm Tho. in.iiii. distin.xxiiii.q.ii.ar.iii.in fine. distin.xxiii. Accolitus.

¶ Forma subdiaconatus.

¶ Huic daẽ calix vacuus cũ patena ab epo, & vrceolus cũ aqua & manili.i.bacili & manutergio ab archidiacono, dicẽte. Vide cuius ministerium tibi traditẽ, & ideo si vsq; nunc fuisti tardus ad ecclesiam, a modo debes esse assiduus. Si vsq; nunc fuisti somnolẽtus, a modo uigiles. Si vsq; nunc ebriosus amõ sobrius. Si vsq; nũc inhonestus, amodo castus. Oblationes que veniũt in altari panes propositionis appellãtur. De ipsis oblationibus tantũ debet poni in altari, quantũ possit populo sufficere, ne aliqd putridũ in sacrario remaneat. Palle vero que sunt in substratorio altaris in alio vase debẽt leuari, in alio corporales palle. Vbi aũt corporales palle lote fuerint, nullũ aliud linteamen debet lauari de consec.distin.i.c.nemo per ignorantiam. Ipsa aũt aqua debet i baptisterio mergi. Ideo admoneo ut vos exhibeatis ita, ut deo placere possitis.

¶ Forma diaconatus.

¶ Huic tradit eps̄ librũ euãgeliorũ dicens. Accipe potestatem legẽdi euangeliũ in ecclesia dei tam pro uiuis q̃ pro defunctis. In nomine dñi. Amen. Itẽ ſm Tho. in.iiii.dist.xxv.q.i.ar.i.& distin.xxiii.diaconus, eps̄

hoc esse mēdacem, & notat eū de calumnia. Vbi dicit Sco. in. iiii. dist. xv. q. iiii. ꝙ negans sic, non tenetur retractare negationem suā quādo negauit in publico verum crimen. Tenetur tñ per quedā uerba sobria restituere famā illi accusati, quem indirecte notauit de calūnia, dicēdo. Nō habeatis eū pro calūniatore. Credo ꝙ habuit bonam intentionem in accusando, & hmōi. Econtra eū quis accusatur ab aliis falso de aliquo crimine & ex dolore torture cōfessus est crimen, ꝙ nō cōmisit; cū se infamauerit, tenetur inquantū potest, declarare se falsum dixisse. Magis enim teneť quis diligere se cōsequēter conseruationem uite sue & fame q̄ alios. Et si ex hoc sequereť infamia, immo etiā mors accusatori, nō ei imputať, sed malitie ipsius accusatoris si aduertēter hoc fecit vel insipientie, si ex errore hoc fecit. Sibi ergo imputet, quia ad hoc indebite se posuit cū periculo alterius. Item nota ƒm Pe. de tarā. ꝙ ex iniuriis illatis quibuscunq; modis, solēt tria oriri per ordinem ī leso. Primū est rācor in affectu. Secūdū est signū rancoris in effectu. Tertiū est actio cōtra iniuriātem. Primum. s. rācorem statim debet dimittere iniuriāti. i. nunq̄ habere. Secūdū debet dimittere cū iniurians petit veniā. Et ista dimissio exterior nō est aliud nisi quedam acceptatio satisfactionis, uel indicatio reconciliationis, uerbo, uel facto expressa, vt cū offensus offendētem eleuat genuflexum ante eū uel cū dicit dñs parcat vobis & hmōi. Tertiū aūt. s. actionē de iniuria nō tenetur dimittere nisi facta satisfactione. Sed aduertendū est circa signa rācoris, ꝙ quedā sunt remota & quedam propinqua que ingerūt probabilē suspitionē de rācore, vt cū aliquis nunq̄ vult iniuriāti loqui, uel obuians ei diuertit ab eo, aut toruo vultu semper aspicit eum & hmōi. Et ista signa nulli licet retinere, nec ante, nec post satisfactionem sibi factā, quia ab omni specie

mali abstinēdū est, ſm Apostolū. Vnde talis nō debet talia signa facere, per que credatur probabiliter esse in odio. Signa uero remota sunt que nō ingerūt de odio argumētū, licet odiū sequeret, vt sunt subtractio famiiaritatis & seruitiorū aliquorū & familia. Et illa licet retinere oībus, siue post satisfactionem, siue ante, dummodo nō fiat malo aīo, sed pro maiori sui & alterius pace. Nō aūt tenet in iniuriatus querere pacē vel recōciliationem iniuriantis ipso nō penitēte, nisi in casu.s. cū crederet probabiliter ꝙ propter hoc liberaret aīam eius a mortali odio, & nō esset occasio mali, puta quia ex hoc iniurians superbiret, uel audaciam sumeret similia faciēdi, vnde ostēderet ex hoc iniuriatū aliis offendisse & hmōi. Hec oīa Vbertus in expōne regule. Debet aūt fieri satisfactio uel restitutio fame q̄ citius potest, & adest opportunitas sine aliis periculis. ¶ De quarta dānificatione.s. rerū exteriorū. Notādū primo ꝙ restituēda est res rapta uel furata, uel alio mō vsurpatiue habita in propria specie, immo in indiuiduo si ipsa habet. Nec potest dari alia pro ea eiusdē bonitatis (nisi forte pecunia) cōtra voluntatē dñi ipsius rei. iii. q.i.c. reintegranda sunt oīa spoliatis. Et hoc verū nisi in casu cū vsurpatio rei aliena esset occulta, & ex restitutione eius in sua specie detegeret raptor, uel aliud incōueniens sequeret, tunc. n. sufficeret dare p̄ciū eius. ¶ Secūdo notandum ꝙ si ipsa res male ablata periit morte, ut aīal, uel sibi aufertur, nihilominus restituere tenetur ſm Ray. & alio. Si āt deteriorata est in bonitate, uel diminuta in precio supplendū est preciū, quia debet restitui eiusdē bonitatis ſm Ray. Nam si equus uel bos ablatus, est penes raptorē debilitatus. ita vt existimetur. v. florenorū qui prius valebat. x. restituet decem nō quinq;. Similiter si furatus est sextariū frumēti valētem tūc solidos. xl. cū uero restituit valet, xx, duo:

sextaria tenet reddere uel.xl.solidos, nec sufficeret reddere sextariũ ẜm Ray. & alios. Immo si illo itermedio .s.inter vsurpationem & restitutionẽ plus valuit q̃ tẽpore vsurpationis, illo pluri ꝑcio restituet ẜm aliquos. Tenetur etiã raptor post restitutionem dãni petere remissionem de iniuria saltem per interpositã personam, uel per se expresso nomine furis vel tacito, ẜm ꝙ qualitas negocii reqrit.s.si est manifestũ vel occultũ. ❡ Tertio nota si est res fructificans, tenetur restituere rem cũ oibus fructibus inde ꝑceptis & q percipi potuissent a diligẽti possessore, puta vsurpauit agrũ alteri⁹, ex quo nõ percepit de fructibus nisi viginti sextaria frumenti quia male fecit cultiuare, vbi triginta ꝑcepisset diligẽs cultiuator annuatim, talis restituere tenebit̃ nõ solũ viginti percepta, sed triginta. Similiter si equum furatus est cũ quo lucratus est mẽsatim florenũ vnũ, vbi dominus lucratus fuisset vnũ cũ dimidio, tenebit̃ restituere ad rationẽ vnius floreni cũ dimidio per mẽsem, & intelligitur hoc deductis expẽsis factis in vtilitatem & cõseruationẽ ipsius rei necessariis (nõ tñ superfluis) & expẽsis factis gratia colligẽdorũ fructuũ. Hmõi enim deducunt̃ tam a malefidei q̃ a bonefidei possessore ẜm Ray. & Tho. ẜa ẜe.q.lxxviii.ar.iii. Dãna etiã que passus est dominus carẽtia rei sue, tenetur satisfacere extra de iniur. & dã.da.c.si culpa. Tho. ubi supra & Ray. ❡ Itẽ quarto nota ꝙ si plures cõcurrerent ad furtum, vel ad dãnum aliquod faciendũ ita ꝙ vnus nõ faceret sine altero, quilibet tenet̃ insolidũ, idest ad totũ dãnũ restituendũ quousq; sit illi satisfactũ integre. Illo aũt restaurato per vnũ illorũ tenet̃ postea quilibet eorũ ꝓ parte sua satisfacere ei qui totũ restituit ẜm Th. Ray. Inno. Host. & Al. extra de ho.c.sicut dignũ. puta cum duo uel plures vadũt ad furandũ aliquid. ita ꝙ vnus non iret vel facere sine altero, seu cum multi stipẽdiarii

bellant iniuste, ita q vnus nõ faceret sine alterũ pcipue in principalibus, multi consiliũ prestãt ad faciendũ extorsiones, vel expoliandũ iniuste aliquẽ ciuem, ita q sine assensu eorũ non potuisset fieri, oẽs tenẽtur insolidũ. De hoc tñ plene habes in secũda par. sum. ti. i. c. xii. ¶ Quinto nota q cũ duobus uel pluribus existẽtibus heredibus vsurarii uel raptoris, si alter factus est nõ soluendo, si vnus est tenetur insolidũ, si plures sunt, quilibet teneť pro parte sua ad restituendũ que vsurarie & vsurpatiue sunt accepta ab illo, s. vsq; ad quantitatem que peruenit ad illos de hereditate. Nam oẽs res hereditarie obligate sunt. extra de vsuris. c. tua. Concor. Hostiẽ. Ber. & Gof. & Io. an. Ad vltra aũt q̃ percepit de hereditate predicti vsurariis uel raptoris nõ teneť, q̃uis nõ esset p illa satisfactũ in totũ creditoribus vsurarũ uel rapine. ¶ Sexto nota q recipiens a religioso cõtra voluntatẽ superioris sui, teneť illud restituere, nisi in extrema necessitate illud recepisset. ar. xii. q. i. c. nõ dicatis. Et recipiẽs ab ipso prelato religioso sine causa rationabili sed ex parẽtela vel turpitudine, tenetur ad restitutionem monasterio. Filia religiosi etiam abbatis, dotata notabiliter de bonis monasterii, teneť restituere dotes, & vir eius etiã si hoc scit, nisi per modum eleemosyne moderante dotasset. ¶ Sed queriť vtrum omne lucrũ quod quis fecit ex re rapta, furata, uel per fenus acquisita, teneatur restituere, uel pauperibus erogare? Ad hoc respondetur per distinctionem. Aut .n. talis res est ex se fructificans que etiam sui vsu non cõsumitur nec distrahitur vt ager, vinea, plante, pratũ domus, iumẽtum, & hmõi, & de hmõi re debet restitui omne lucrũ inde perceptũ ẽm Tho. ẽa ẽe. q. lxxviii. arti. iii. & omnes alios. Aut talis res nõ est ex se fructificans, & eius vsus est cõsumptio, vt granũ, uinũ, oleũ, & hmõi, Aut distractio, ut pecunia numerata, & circa

hmōi res, est triplex modus dicēdi. Nam quidā dicunt φ omne lucrū inde perceptum debet restitui uel pauperibus errogari, quia radice infecta nullus bonus fructus sequi potest, ut dicit. i. q. i. c. fertur. Cū ego radix illius lucri sit vsura uel rapina, uidetur φ fructus uel lucrum exinde sit infectū & obnoxiū restitutioni uel errogationi. Alii dicunt φ & si pecuniā raptam uel fenebre teneat in dubie restituere, ac etiā dāna que passus est is qui soluit vsurā ex carentia ipsius pecunie solute (puta quia oportuit eum accipere ad vsuram pro suis necessitatibus, uel vendere res suas multo minori pcio q̄ ualerēt) lucrum tn̄ perceptum ex pecunia fenebri per licita negocia, non tenetur restituere uel errogare pauperibus. Et hoc tenēt Tho. sa se. q. lxxviii. & Ric. in. iiii. dist. xv. & Pe. de pal. in. iiii. dist. xv. q. ii. arti. v. Io. an. & Io. cald. & Abb. in. c. fina. de vsuris. Et ad rationem aliorū dici potest, φ radix iusti lucri nō est rapina uel fenus, sed industria utentis ea. Ex enim illa pecunia nihil lucri attulisset, & sic nō est radix infecta quia industria de se est bona. Sed si illa pecunia male acquisita vsus fuisset in fraudibus & in aliis illicitis acq̄sitionibus, tūc radice infecta teneretur. Alii dicunt vt Lau. de ridul. in supradicto tractatu de vsuris, φ lucrū ex tali pecunia acquisitū trifarie diuidet, & unā quidem partem habebit vsurarius ipse, uidelicet tantū quantū debet expense labori & industrie, quod boni uiri dimetur arbitrio, partemq; aliam restituet creditori suo, qui. s. sibi dedit vsuras habito respectu ad dānū quod ille sustinuit in bonis ex carētia illius pecunie, ut dicūt Tho. ubi supra & sequaces. Residuum tanq̄ incertum dabitur paupetibus. Quod sic probat. Penes vsurariū non debet remanere, ne. s. ex hoc pateretur uia usuris, & inuitentur homines ad peccandū, nec debet creditori restitui, quia tunc reciperet usuras de sorte sua, ergo

pauperibus est errogādū, quia regula est ꝙ qñ aliquid est errogādum, & nō apparet cui illud est pauperibus dādum. arti. xiiii. q. v. nō sane. Ray. etiā cōsulit ꝙ post restitutionem solū usure recepte, petat usurarius absolutionem ab eo de aliis si teneretur, ad cautelam. Magne equitati uidetur inniti ista vltima opinio, tñ suffi cere uidetur absolutio que dicitur a beato Tho. cum aliis in sua opini. ¶ Itē queritur utrū manifesto vsurario prestāte cautionē de vsuris restituēdis, si ad preces eius aliquis fideiubeat pro eo, teneatur ipse fideiussor creditoribus vsurarū, uel epo, uel pauperibus, ad restitutionem omniū usurarū extortarū certarum & incertarū? At quod respōdet Lau. ubi supra dicēs, ꝙ Lapus cū plurib⁹ aliis doctoribus determinauit talē fideiussorē nō teneri ultra uires hereditatis principalis. s. vsurarii, etiā si se principalem cōstituisset. Et addit. Hanc etiā questionē disputauit Pau. de leaza. & determinauit ꝙ nō obligatur fideiussor vltra facultates usurarii, habito respectu ad tēpus cautiōis, qa si tēpore cautionis principalis erat soluēdo (dato etiā ꝙ facultates sint postea exhauste nō restitutiōe usurarū, nec eris aliēi sed per alios modos) fideiussor remanebit ad omnia obligatus, licet enim exceptio inopie prosit principali, nō tñ fideiussori. Sed si tēpore cautionis principalis non erat soluēdo non tenet̄ ultra uires principalis. Idē tamen Paulus distinguit inter fide iubentē procauētem, & se obligantē ad restitutionem usurarū ex alia causa. In primo enim casu nō tenet̄ fideiussor ultra uires, qa nec ultra uires restituere uel cauere tenebatur principalis. In secundo casu, secus quia principalis est obligatus insolidum, licet habeat exceptiones inopie uel simile, que exceptio vt pote personalis non dirigitur ad fideiussorem. ¶ Item nota ſm Ricar. in quarto. distin. xv. q. v. arti. iiii. in. fi. ꝙ qui damnificat aliquem

iniuste & in sua libertate.f.iniuste procurando eum re
digi in seruitutem,tenet se facere seruum pro eo,si non
pot eum aliter restituere libertati, nisi forte talis esset
conditio persone que hoc dānum itulit,ꝙ notabiliter
redūdaret in preiuditium boni cōis,in quo casu nō te
netur se facere seruum,sed tenetur ad oē aliud interesse
ad arbitrium boni viri.Quantūcunqꝫ quis damnifica/
ret aliquem in aliis possessionibus nunq̄ tenet pro restō
ne se facere seruum eius vel alterius,quia vt dicit.ff.de
reg.iur.libertas inestimabilis res est.Quod aūt dicitur.
Exo.xxii.si aūt non habuerit vnde reddat,venundet
iudiciale preceptum fuit vnde modo non obligat, nec
ille vbi supra. ¶ Item qui emit in seruum vel ancillam
qui ab initio cum fuit captus in bello iusto erat christia
nus vel christiana(q̄uis heretica)liberum dimittere de
bet,nec pōt petere pcium ab ipso seruo,sed ab eo a quo
emit si inuenit,alias sibi imputet,sicut & qui emit rem
alienam ignoranter cōperta veritate debet restituere
dño eius vel si ignorat dñm paupibus erogare, ñ sibi
retinere. si aūt non erat christianus,sed sarracenus,tur
chus,vel tartarus,& hmōi,talē in seruum emptum vē
dere pōt,& postea baptizatum. Pium est certo tempo
re conuenienti ex seruitio habito,eum libere dimittere
si tñ bene vtitur libertate,non tñ necessarium. ¶ Item
siquis impedit aliquem iniuste ab officio vel beneficio
iam obtento,puta procurans sibi auferri ex aliqua sini/
stra causa,vel falsa, tenet ad satisfactionē de toto fm
Th.ſa ſe.q.lxii.ar.iiii.& Ricar.in.iiii.dist.xv. Secus
si iuste hoc pcurat,quia meret priuari ex defectu suo.
Sed si ipedit a beneficio consequendo,non tenetur ad
tm quantum est beneficium,sed ad arbitrium boni viri
fm Th.vbi supra & Ricar.quod intelligendum videt
qñ hoc facit ex hodio vel malicia.Nam si faceret vt sibi
vel amico suo magis prouideretur q̄ illi, puta testato

aliquis vult legare tit.c.& ego rogo q magis leget mihi, vel cuidam persone mihi magis dilecte,& ille sic facit.talis fm Pe.de palu.in.iiii.dist.xv.q.ii.ar.i.nulli tenetur,qa nulli aufert ius suũ.Nã illi nullũ ius erat acquisitum,& nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo.Cuilibet enim licet se alteri cõmendare,vt donet sibi vel leget precipue cum indiget.¶ Item queritur vtrum clerici teneantur restituere illos fructus quos voluptuose consumunt non facientes seruitium in ecclesia.s.non officiantes vel officiando:Rñ.fm Archi.dist.xliiii.§.i.vtiq tenentur,& hoc tripliciter.Primo rõne dati,Secũdo rõne sacrilegii.Tertio rõne odii.Primo rõne dati.Nam illa bona tali ecclesie,ideo data sunt vt offerẽt preces & sacrificia pro ipsis qui dederunt,& ex residuo alentur pauperes.Ad quod facit verbum Hyeronimi vicentis.Tibi o sacerdos de altari viuere,non luxuriari permittitur.dis.xliiii.§.i.& qui hoc non facit infideliter agit.Secũdo rõne sacrilegii.qa defraudãt totã ecclesiam quã suis pcibus & officiis iuuare deberent & ei prodesse.Vnde Alexander papa.Ipsi sacerdotes p populo interpellant & peccata populi comedunt, quia pcibus suis ea delent.i.q.i.c.ipsi.Tertio rõne odii,quia prouocant irã Dei contra populum.Grego.Cum is q displicet ad intercedendum mittitur irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur.dist.xlix.§.i.quod verum est qñ populus est in causa malicie sacerdotis.¶ Sed quid si facit seruitium ecclesie sed in mortali pseuerat.Rñ.Non videtur teneri de fructibus.Et rõ est qa etiã mali ministri orationes cões vt officiũ & misse prosunt viuis & defunctis fm Tho.in.iiii.distin.xiii.q.i.arti.i.q.v.Item in.iii.q.lxxxii.vi.¶ Sed quid de horis omissis, nunquid tenetur restaurare totum:Rñ.fm Archi.Ex equitate deberet sibi iniũgi in pnia si posset,sed nõ ẽ necessarium,Sed in hoc est pnia arbitraria

sicut in aliis. Et idem videt sentire Pet. de palu. in. iiii.

¶ Cap. iii. vbi sit fienda restitutio.

QVantum ad tertium principali. s. vbi fienda est restõ. Circa hoc distinguendum, quia aut persona cui fienda est restõ. scit, aut inquirendo sciri põt, aut oino ignoratur. Si aũt scitur, aut inquirendo sciri põt ipse, vel heres eius (ipso mortuo) in loco vbi facta est rapina, vsura vel dãnum restõ fiet, si vterq; ibi est, vel vbicunq; adinuicem se conueniũt creditor & debitor. Si autem alter est absens a loco vbi facta est vsurpatio, vel damnificatio, mittetur expensis eius qui se absentauit de loco. Si igitur est absens cui fienda est restitutio puta quia mutauit domicilium, mittet sibi rem ablatã vel pecuniam ipse qui abstulit expensis illius cui habet restituere. Si vero absentauit se a dicto loco is qui rem vsurpauit, ipse suis propriis expensis transmittet rem vel pecuniam ſm Host. & Io. an. & hoc per talem modum q non detegatur peccator si pctm̃ est occultum. ar. ii. q. i. c. si peccauerit. vel etiam põt creditori significari, precipue qñ est multum remotus a debitore occulte vel manifeste ſm q expedit & secũdum q creditor ordinat vel demittenda illa re, vel reseruãda, vel aliter danda, sic agat debitor, & liber erit. Si autẽ suo ꝓprio motu rem illã destinaret seu pecuniã debitor, & in via periret vel auferetur, sibi periret, quia adhuc teneretur ad satisfaciendum ſm Ioã. in glo. vel etiam si speratur cito venturus ad locum, potest sibi rem seruare. Et ſm Tho. ſa ſe. q. lxii. ar. v. ad tertium. Item in. iiii. dis. xv. q. i. ar. v. q. iiii. Hostien. Ioan. and. in edem sacrã deponere, vel alio tuto loco. Aut si res est parui valoris, & creditor distans multum & abundans fuerit põt etiam ſm Vul. pro aĩa eius pauperibus errogari. Idem tenet glo. in. c. cum tu. extra de vsu. Si vero ignoratur, nec ꝑquirendo inueniri põt, cui restitutio fieri debet, tũc et-

roganda est res ablata vel precium eius pauperibus p aĩa illius in loco illo vbi facta est vsura, rapina, vel dãnum, vel in loco in quo inhabitat is cui fienda est restitutio. & hoc ideo quia melius est ꝙ vicini inde sententiat cõmodum q̃ extranei. tum etiam quia verisimile ẽ ibi reperiri damnum passum vel heredem eius. Ita notat Hostien. Io. and. & Io. de ligna. vel saltẽ fiat talis errogatio, ad arbitrium diocesani loci vbi factũ est damnum, vel rapina ẽm Ray. Si tñ non cõmode fieri posset in dicto loco, cum hoc non sit necessarium, põt tunc & debet alibi fieri ẽm Vul. Sed & beatus Tho. vbi supra in huiusmodi casu, nil dicit de loco determinato sed pro anima illius, cuius res erat, debet pauperibus errogari. Vnde & M. Vgo. peritus in vtroq; iure. & frater Clarus dicebant, ꝙ cum pauperes sint vt vnum membrum in corpore ecclesie, nec ab hac vnitate sequestrentur propter locorum distantiam, sufficit si restitutio incertorum detur quibuscunq; pauperibus etiam alterius prouincie q̃ vbi facta est rapina vel damnum, & maxime, qui magis sunt pauperes Christi, & vtiliores ecclesie Dei, & saluti animarum, & ex hoc apparet, ꝙ locus non est de necessitate restitutionis, sed de congruentia. Idem tenet Fede. de senis. c. xxxii. operis sui. Vsure tñ incerte, extorte p manifestos vsurarios, qũo debeant restitui & in quo loco, & per quem diocesanum, hẽs in secunda parte summe. titu. i. c. x. ¶ Quãuis enim quod habetur in isto. §. non pertineat ad vbi, sed magis ad qd, tñ hic notabiliter q̃ritur vtrũ fideiussor possit repetere a debitore vsuras, quas pro eo soluit creditori, penes quem pro ipso debitore intercessit. Ad quod respondet Lau. de ridol. ꝙ Io. and. in questionibus mercurialibus super regula damnum. de reg. iur. in vi. ¶ Hanc questionẽ explanat notabiliter, & ex eius dictis elicit. xi. cõclusiones, quarum prima est talis. Nõ

recipit fideiussor a debitore obligationē sciente, & cō tradicente vsuras suo solutas dibitori, nec etiam sortē nec quid aliud inutiliter impensum. Plus est enim contradicere q̄ non consentire. extra. de simo. ca. sicut tuis. ¶ Secunda conclusio. est non repepit a debitore sciente & patiente, sed non mādante obligationem fideiussor vsuras vel indebitum solutas vel solutum creditori, & sibi imputet ꝙ se obtulit. extra de reg. iur. c. bona fides. li. vi. Repetit tñ sortem indebitum, quod soluit. ¶ Tertia conclusio est. Non repetit a debitore sciente & mandante ipsum obligari pro sorte tm̄ fideiussor soluens vsuras, tum quia fines mādanti excessit, tum quia ad illas obligatus non erat. ¶ Quarta ꝯclusio est. Non repetit a debitore fideiussor vsuras sciente & mandante ipsum in oēm casum, vel simpliciter obligari siue fideiubere. Patet, quia in generali mandato non inclusit in debitum, de quo verisimiliter in specie non mandasset. c. in generali. de regu. iur. in. vi. ¶ Quinta conclusio est. Repetit a debitore sciente & mandante ipsum pro vsuris, cum sub noīe sortis inclusit eas, vt est moris obligari siue fideiubere ipse fideiussor vsuras, qñ iuste credere potuit illam sortem totum debitum, nec presumere debuit illud indebitum sub nomine sortis promittere. extra de presump. c. quia verisimile. ¶ Sexta conclusio est. Repetit a debitore sciente & mandante nominatim pro vsuris fideiuberi ipse fideiussor creditori solutas, si iurauit illas soluere. Et ista est cōis opinio. extra de fideiusso. c. ii. Et istā opi. approbat Io. and. Habet tñ fideiussor optionem soluendi vel absolutionem petendi, sicut habet debitor. ¶ Septima conclusio est. Repetit a debitore etiam nominatim mandante pro vsuris fideiuberi, ipse fideiussor vsuras creditori solutas, etiam si non iurauit creditori illas soluere si ipsi fideiussori debitor indēnitatem iurauit, dummodo alii

propter pignora data, vel aliam causam debitori fuerit expediens vsuras solui. c. puenit. extra de fideiusso. ℭ Octaua conclusio est. Non repetit a debitore sciente & mandante nominatim pro vsuris fidieberi ipse fideiussor creditori sponte solutas si non iurauit creditori illas soluere, nec debitor iurauit fideiussori indemnitatem, nec expediebat debitori propter pignora data, vel aliam causam ipsas vsuras solui, & hoc de iure fori. Sed opinio theologorum que secūdum Io. an multū fauet equitati, est ꝙ vrgeatur debitor ad soluendum in foro conscie. de regu. iur. ca. scienti lib. vi. Nota conclusio est, non repetit a debitore sciente & mandante nominatim pro vsuris fideiuberi ipse fideiussor vsuras creditori coacte solutas, si non iurauerit creditori illas soluere, nec debitor iurauit fideiussori indemnitatem, nec expediebat debitori ꝑpter pignora data, vel aliā causam vsuras solui, si fuit ipse fideiussor ī culpa, ut qa non excepit. Secus si non fuit in culpa. ℭ Decima conclusio est, ꝙ ī oī casu quo pōt a debitore fideiussor vsuras repetere, debet intelligi si nō interuenit fraus persone ad personam. s. constituētis ob hoc fideiussorem. extra de priuilegiis. c. quanto. ℭ Vndecima conclusio ē. ꝙ ī oī casu quo pōt a debitore usuras repetere, fideiussor poterit illas repetere a creditore, cui soluit. ff. mādati. l. si fideiusso. §. in omnibus.

ℭ Capitulū quartū p quos debet fieri restō.

Quantum ad quartum. s. per quos fieri debet restitutio. Primo dicendum est de incertis. Secūdo de certis. ℭ Queritur ergo vtrum restitutio incertorum debeat fieri per eum qui habet restituere vel p aliū cui commiserit, aut solum p diocesanū. Rñ. Circa hec sunt varie opiniones & contrarie. Hosti. super. c. cum iu. extra de vsur. & in. c. cū sit. extra de iude. & in sum. sua de pe. c. si. iuxta finem tedet ꝙ vnus de casibus per

tinentibus ad epm est restitutio male ablatorũ incerto rũ. Quod etiã tedet Io.an.extra de pe.& remis.in.c.si eps.in glo.lib.vi.& in.c.pctm.de regu.iur.lib.vi. Ad quod videtur facere quod habet.xii.q.i.c.precipimus. Adducit etiam aliquos qui tenent hanc rõnem. Cum hmõi bona incerta, sint pro aĩabus eorũ quorũ fuerunt fideliter dispensanda, ac per consequens sint ad diuinũ cultum eo ipso & sustẽtationẽ pauperũ ordinata, solus aũt ecclesiasticus prelatus sit rector & moderator diui ni cultus, & pater pauperum & dispensator rerũ diui no cultui ordinandarum, vt patet dist.lxxxvii.c.diui ne.& in multis aliis.ca.ideo ẽm iudicium eius debita incerta sunt per eũ dispensanda. Archi. Aũt in quadam qõne disputata pes eũ & in rosario.xiiii.q.v.c.non sa ne.tenet contrarium & dicit sñiam Hosti.circa hec su pradicta esse verã in casu vbi nullus deputatus est a te statore, qui hoc exequatur.vt.xii.q.ii.c.de laicis. Vbi vero certa persona deputata est a testatore, illa perso na debet exequi, vt in.d.c.de laicis.extra de te.c.tua. Immo credo ꝙ ipse rapto in certa que debẽt pauperi bus errogari, põt ipse pauperibus errogare absqꝫ lñia vel auctoritate epi, vel alterius iudicis ecclesiastici, vt satis colligitur in.d.c.cum.tu. Et hoc innuit etiam clare glo.i.c.sicut.dignum.de homi.§.eos. Nec obstat illa decretalis.c.cum sit.extra de iude.per quã probat Ho sti.suam opiõnẽ. Nam illud.c.loqtur de iudeo non de christiano, cuius actus vel dispensatio merito habetur suspecta ab ecclesia quo ad christianos, ideo iuste & bñ dicit ibi ẽm prouidentiam diocesani, que suspitio ces sat in christiano, & sic non dubito ꝙ eps non habet se intromittere de talibus. Hec Archi. Io.de lig.idem sen tit, & post adducit hanc rationem. Qui indebitum ex torsit, obligatus est ex maleficio, vel quasi illis quibus extorsit si extãt, alias pauperibus. Et regula hẽt ꝙ de

bitor pôt se per solutionem liberare.isti.quibus modis tol.obligatio per totum. Tu qui dicis contrarium,da mihi casum expressum contra regulã.Nec est verum ꝙ sit in.d.c.cũ sit.quia non loquitur in christiano, sed in iudeo,vt dicit Archi.hãc opinionem sequuntur Pau. & zenze.super clemen.i.de priui.Hoc etiam consuluerunt Io.calde.& Recupus.Sed dñs Vgo.vtriusqꝫ iurisperitus,& frater Clarus,vt habetur in quadam summula,concordauerunt in hoc ꝙ nullũ ius expꝛ̃ssum hoc dicit nec in decretis,nec alibi nisi ꝙ eps̃ est procurator pauperum.Illud vero adaptatur ꝙ pôt procurare de suo proprio si habet, vel de bonis ecclesie.i.fructibus vel aliis modis.Sed quia sacerdotes simplices,sunt imperiti pro maiori parte epi vero reputant̃ sufficientes in scia, hinc inoleuit ꝙ hmõi restitutiones remittunt̃ ad epos.Vnde si cõfessor pitus sit,& sciat in hmõi sufficienter consulere,non est necesse remittere ad epos. Hec ibi.Et in hac snia est Io.mo.Hoc etiam innuit Inno. extra immuni.eccle.c.quia pleriqꝫ.ar.xxiiii.q.iii.c. si quis romipetas.Ad rõnem superius inductam ꝑ alia opinione posset rñderi,ꝙ q̃uis episcopi & prelati sint dispensatores reꝝ datarum ecclesiis,non tñ sequitur ꝙ sint dispensatores oĩum,que ₰m Deum sunt in diuinũ cultum & in pauperes erroganda,sed solum in diuinũ cultum iam ordinata,vt redditus ecclesiarum & hmõi. Nam si essent dispensatores errogandarum oĩum , ₰m hoc essent etiam dispensatores oĩum superfluorũ que diuites ex diuino precepto deberent pauperibus errogare,quod a nullo cõceditur.Sed & Th.₰a ₰e.q.lxii. dicit.ꝙ si ille cui debet fieri restitutio sit oĩno ignotus debet ei restitui sicut pôt.s.dando in eleemosynas pro salute eius,siue sit mortuus,siue sit viuus , premissa tñ diligenti inquisitione eius, & de auctoritate epi nihil dicit.Sco.in.iiii.di.xv.dicit.si q̃tas per cuius manus
debeant

debeant talia dispensari.s.incerta. R ñ. ꝙ non inuenio quis necessario sit determinatus mediator in ista pauperibus dispensandũ. Videtur aũt mihi ꝙ per seipsum (consilio nihilominus boni viri) põt hoc pauperibus errogare, quia tali mediatori ad dispensandum tribui posset, de cuius fidelitate presumeret, & tñ iste sibi appropiaret, uel in alios vsus cõuerteret q̃ deberet. Vnde vbi lex diuina vel ecclesiastica nõ ligat personã, sequẽda est ratio naturalis. Illa aũt dictat ꝙ q tenet̃ restituere, magis hoc faciat per se q̃ per aliũ, nõ excludẽdo tñ hoc cõsiliũ boni viri, sed icludẽdo. Hec Sco. vbi supra.

¶ Quidã alii faciunt circa hoc distinctionẽ, uidelicet quãtũ eorũ in quibus cõpetit repetitio, vt furto, rapina, vsura, fraude, & hmõi dispẽsatio incertorum pertineat ad epm. Sed aliorũ vbi non cõpetit repetitio, & si errogatio fiẽda est pauperibus, vt in ludo, & iniuste acceptis a iudice pro iudicãdo, uel a teste pro testimonio, a meretrice pro fornicatione & hmõi, quilibet per se possit dispẽsare, uel cũ consilio cõfessoris. Ego credo secundã opinionẽ. s. Archi. & sequaciũ omnino uetam & simpliciter excepto vno casu, uidelicet in icertis publicorũ vsurariorũ, quẽ casum nõ dubito oẽs illos excepisse intẽdere, quia ibi expresse & clare ius puidit, vt .s. per dispositionẽ diocesani talia incerta determinentur & dispẽsetur. extra de vsuris. c. q̃q̃. lib. vi. ibi tradit̃ forma de hmõi. De qua habes in secũda parte sum. ti. i. c. x. In hoc ergo casu tñ potest intelligi illud quod dicitur p tertiam opinionẽ. s. in usuris publicis incertis.

¶ Et si queratur vtrũ eps possit per sua synodalia hoc statuere, vt. s. sibi retineat dispẽsationẽ incertorum, & alius nõ possit se intromittere. Dicit in hoc casu Io. an. de lig. super. c. cũ sit iudeis ꝙ quicquid dicit Ioan. an. dubiũ est an possit. Et Io. an. cal. in quodã consilio dicit expresse ꝙ nõ potest, Vgo & frater Clarus dicunt

ꝙ nõ potest epš excõicare de iure sacerdotes, qui se intromittunt de dispẽsatione incertorũ. ¶ Quantũ ad secundũ.s. per quos debet fieri restitutio certorũ bonorum. Ad quod respondet ꝙ per eũ qui abstulit seu recepit vsuras, seu male ablata. Põt etiã & per quãcunq; personã aliam facere. In hoc enim vera est regula iuris qui per aliũ facit, perinde est ac si per seipsum facere videatur, de reg. iur. lib. vi. Si tñ vitiũ vsure furti, rapine, vel alterius damni est occultũ & restitutio occulto modo per se uel per aliũ fiẽda est, vt nõ detegatur persona. ar. ii. q. i. c. si peccauerit. Caueat etiã diligẽter ꝙ cum per aliũ facit, ita caute faciat & recipiat qui debet & nõ ille sibi retineat, quia nõ esset per hoc liberatus, nec confidat de confessoribus, nec predicatoribus, nec questuariis qui querũt pecunias nõ animarũ salutem. Et si his q rapinã vsurã uel fraudem fecit nõ restituat, cũ heres teneat̃ ad oĩa onera defuncti inquantũ sufficiat hereditas, tenet̃ & ipse facere dictã restitutionem. de vsuris. c. michael. Et eadẽ ratione heres heredis, & sic in infinitũ, cum scit̃ ab eis hereditas obligata ad restitutionem propter vsuras & rapinas & dãna a prioribus facta. Et vbi nõ sufficeret hereditas ad satisfaciẽdum, tenent̃ legatarii & donatarii, quia nõ legari nec donari potest alienũ. Nec excusarẽtur heredes sciẽtes, uel dubitãtes, uel merito dubitare debẽtes, ex publica fama, uel ex scripturis, uel ex fideli relatu, testatorẽ illicitos fecisse ɔtractus, uel vsurarios, ex hoc ꝙ nullus ponit querelã super hoc, uel postulat aliquid ab eis vt debitũ. Sed debẽt diligẽter inquirere veritatem quantũ possunt. Et si inueniunt sic esse, notificent, vel notificari faciant illis quibus debẽt, se offerẽtes ad restitutionem. Et si nõ inuenirent̃ aliqui, pauperibus est errogãdum. Alias esset in eis ignorantia crassa que non excusat. distin. xxxvii. §. si, Et quis defunctis nõ prosit illa

restitutio si decesserint impenitẽtes prodest tñ, immo necessaria est ipsis heredibus si volunt saluari, quia non remittitur pc̄tm &c. de reg. iur. lib. vi. ¶ Qui aũt licitam artem exercebat, uel patrimonialia tantũ habebat testator, nec appatet ex fama uel scriptis de illicitis cõtractib⁹, seu alieno, ꝓsumere debent eũ iuste acquisisse, quia nemo iudicandus est immemor proprie salutis & diuini timoris. i. q. vii. c. sancimus, & precipue in mortis articulo. ¶ Item nota ꝙ dicit Hosti. in sum. tit. de vsu. ꝙ si aliqua honesta persona, puta sacerdos vel ep̄s tractet inter debitorem & creditorẽ de satisfaciendo, & dicat creditori talis mediator, tantũ faciã tibi reddi si ex corde residuum remittas, nõ decipias me, quia mediator sum, nec debitorem, cuius anime salutẽ quero, & respõdet creditor se ex toto corde liberare ipsum debitorẽ: quare nõ dicã ipsum liberatũ: nõ video, nec curo qualitercũꝗ sit satisfactũ, dũmõ satisfactũ ei. Si qui moueant in cõtrariũ, hoc faciunt in odiũ vsurariorũ. Si qs enim ex alia causa alii iniuriet, equidẽ hoc admittit quilibet theologus, ꝙ concordia inter partes possit tractari, & pars eius quod deberet ex pacto remitti, alias titulus de transactionibus inutilis esset. Et quare nõ idem de vsura. Dicẽdum ergo & tenendũ ꝙ precibus possit vel iussu iudicis uel pactione partium remissio fieri, & sic dicam vsurarium absolutum. Hec Hostien. Que quidem intelligo vera esse in foro contentioso, non in foro consciẽtie, uel etiam in foro conscientie quantũ ad ea que dubia essent, vtrum deberẽt dari uel non, quia rationes sunt ad vtrãꝗ partem, uel cũ dubiũ est quantũ debeat satisfacere pro dãno dato. Et ad hoc faciunt rationes quas facit ipse Hosti. Sed vbi certũ uel clarũ est debitum, uel ratione vsuratum, uel alterius vsurpationis, nisi debitor liberaliter remittat illud quod remittit, etiam si de mille tantũ decem

remitteret, si hoc facit quia putat se aliter residuũ non posse habere, nil ualet illa remissio facta etiam publico pacto quo ad animã. Vnde cum mercator infortunia passus fallit, & occultans multa de bonis suis mobilibus vt nõ perueniant ad manus creditorũ querit compositionẽ cum eis de minori quãtitate q̃ debeat (puta conuenit respõdere singulis creditoribus ad rationem xv. solidorum pro libra, cũ tamen posset totũ dare uel credere bonis) cui cõpositioni assentiũt creditores, & ita recipiẽtes liberãt eũ de residuo. Certũ est, quia quo ad deum adhuc tenet̃ de residuo cũ illi non sponte sed coacte fecerint illã remissionem, volẽtes illa parte potius carere q̃ toto. Quinimmo & si crederet bonis totaliter, nihil sibi reseruãdo, & non sufficiunt bona illa ad satisfaciẽdum, si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam tenet̃ de residuo. extra de solu. c. odoardus.
¶ De dãnis datis tẽpore guerre adinuicẽ inter ciuitates quomodo & per quos potest fieri relaxatio seu remissio, quãdo faciunt pacem cũ certis pactis & capl'is.
¶ Nota ꝙ in quadã summula sic dicit̃, ꝙ q̃uis sint pupilli multi & abscentes qui nõ assentiunt, & forte etiã aliqui cõtradicunt ex ꝑuectis qui receperunt damna iniuste, nec eis est satisfactũ, nihilominus tantũ est bonum pacis, ꝙ qui habẽt rẽpublicam gerere, possunt cũ consensu maioris partis subiectorum sibi, pactis pacis subdere & licite relaxare inuicem dãna data, & si fiat relaxatio ꝑdicta, tenet & valet. Nam & in hoc modo possunt pro bono reipublice sibi tallias imponere & hmõi, quas gabellas vocant. ¶ De bonis uero clericorum & religiosorũ, non possunt laici facere relaxationem, quia nõ sunt eorũ foro subditi, nec de bonis ecclesiasticis permittit̃ eis aliqua dispõ. vt distĩ. xcvi. Bene possunt tñ hoc facere ꝑlati spũales terrarũ adinuicem, de cõsensu & cõueniẽtia clericorũ & religiosorum qui

damna receperunt in guerra. Hanc aūt relaxationem quo ad laicos uel clericos intelligas de dānis da. de rebus cōsumptis. Nam res extantes, vt equos, pannos, & hmōi, qui habēt & sciunt sua nō esse, vt puta qa bellū iustū nō fuit ex parte suorū, uel si iustū ab eis acceperūt a quibus nō poterant, ipsa tenere nō possunt. Vnde si dominos proprios inuenire possunt, eis reddere tenentur, alias si nō inueniūt pauperibus erogare. Idē videtur, si de iustitia belli dubitat. Nam vbi clare bellū iustum est, res accepte efficiunt capiētiū (dist. i. c. ius militare) que tñ debent inter eos ꝓportionabiliter distribui per duces belli, vt. xxiii. q. v. c. dicat, nisi per publicum edictū datū sit vnicuiqꝫ quod capit. Pauperū aūt & innocētū non videt tutum bona auferre cū sint sine culpa, nisi subsit causa, cū sit aliquis puniendus. de reg. iur. lib. vi. Pena tñ tēporali frequenter punit vnus pro altero diuersis de causis, vt. i. q. iiii. per totū. ¶ De tutoribus, curatoribus negociorū aliorū gestoribus filiis familias & hmōi qui extorserunt vsuras, vel fecerūt rapinas, fraudes, & dāna nomine alieno. s. ꝑ pupillis, patronis, uel patribus suis, nil tñ eorum peruenit ad eos, sed ad pupillos, dominos vel patres eorū, querit vtrū ꝑ eos possit & debeat fieri restitutio ipsis pupillis, vel patribus, seu dominis nescientibus & inuitis de bonis eorū ad quos peruenerunt taliter extorta. Rñ. dicunt quidā indistincte, ꝙ sic in foro cōsciētie, dūmodo non immineat inde periculū vite, cōscie, uel fame, si deprehenderet, aut scandalū sequat, puta quia aliquis crederetur furatus fuisse illa qui innocens est & hmōi. Tales enim vt dicunt illi nō cōmittunt furtū occulte illa recipiētes, cum pecunia funeratoria, uel per rapinas & fraudes habita nō sit eorū. Et ratio est quia cū ꝑ efficacem causam ꝑdictorū. s. tutorū, curatorū, & hmōi, & per intermediū illorū tale iniustū lucrum deuenerit ad ma

nus pupillorũ, patronorũ vel patrũ, & ad restitutionẽ sint obligati isti mediatores, iustum esse videt̃ vt que causa illorũ iniuste ablata sunt, nũc iste iniam habeant illa satisfacere, ne ipsi de proprio satisfacere teneantur ar. ad hoc de reg. iur. vbi dicit Chry. Omnis res per quascunq; causas contrahitur per easdem dissoluitur. Propterea ad hoc agendum predicti tenentur, & in hoc gerũt vtilem curam sui, & illorũ qui iniuste deti/nent aliena. ¶ Alii aũt perfectius & equius respõdẽt p distinctionẽ, videlicet quia aut tales adhuc habẽt in manibus administrationẽ rerũ illorũ, aut non. In pri/mo casu, possunt & debẽt restituere de bonis illorum ad quos peruenit lucrũ quod habẽt pre manibus si no/lunt remanere ipsi obligati ad satisfaciendum de suo. Et hoc siue occulte, siue manifeste, cũ sufficiẽti cautela, aut ab ipsis nõ possit postea repeti. Et ad hoc videt̃ fa cere ratio prime opinionis cũ regula prima. Omnis res Si aũt nõ habẽt amplius administrationem; tunc sub/distinguendũ est, quia aut pdicti tutores, pcuratores, & hmõi, non possunt illa restituere de suo (puta quia pauperes sunt) aut possunt, & si nõ possunt, sufficit q̃ denuntient principalibus pro quibus fecerunt vsuras, fraudes, & hmõi, qui ignorãt quomodo fecerũt p eis talia illicita lucra que ad eos deuenerunt, vnde & obli gati sunt ad restitutionẽ. Et si nõ satisfaciunt ipsi prin cipales habeant ppositũ satisfaciẽdi de suo cum pote/runt. Ad accipiẽdum aũt occulte a pdictis ad hoc nõ tenent̃ nec debent, & ratio est quia quo ad se excusati sunt a restitutione ratione impotentie, vt. xiiii. q. vi. c. si res. Quo ad illos pro quibus fecerũt vsuras uel frau/des, auferẽdo ab eis occulte, per hoc non puidetur sa/luti eorũ cum remaneant obligati in cõsciẽtia, ex quo sciunt talia fore facta, nec velint satisfacere, & sic non dissoluit̃ peccatũ, uel obligatio quo ad estimationem

eorum. Sed nec potest quis a priuata persona cogi ad restitutionem male ablatorũ nisi per iudicẽ ecclesiasti/cum, vel ciuilẽ, nec videtur bene posse excusari a furto cũ cõtractet rem alienã inuito dño, cũ in usura trãsfe/ratur dominiũ. Per hoc etiã exponit se multis pericu/lis. Si aũt tales mediatores de qbus dictũ est possunt restituere (cũ illi ad quod extorta peruenerũt nolũt re/stituere, qui principaliter obligant) possunt petere hu militer non p coactionem uel fraudem a creditoribus vsurarũ vel fraudũ remissionẽ, cũ penes eos nõ remanse rit pecunia fenebris, & illi q eam habuerunt remaneãt principaliter obligati, quia remissione obtẽta libere & spõte, amplius nõ tenebunt, sed tm̃ principales, nisi & eis fieret remissio. Q d si remissionem facere nõ vellent, tenet satisfacere de suo, & tunc vsq; ad quãtitatẽ solu tam pro illis, poterunt occulte accipere de bonis eorũ, si alias p viam iudicii habere nõ possunt, ita tñ q non sequat scãdalum uel periculũ que semper vitãda sunt. Vbi aũt mediator talis sic satisfecit, debet p aliquem modũ cautũ declarare illi qui sciebat se obligatũ ad il/lud amplius nõ teneri, vt puta, si dicat se nõ curare ab eo illa recuperare quasi ac si donasset uel declarare here dibus suis, q nõ recipiant a tali psona aliquid vt debi tũ pro tali causa & hmõi. Bona enim fides nõ patitur vt semel exactum bis exigatur, de re.iu.lib.vi.

¶ Cap. v. cui fienda sit restitutio.

QVantũ ad quintũ.s. cui fiẽda est restitutio seu da tio rei ablate uel alias illicite acqsite. Pro funda/mẽto notãda est distinctio, quam ponit Tho. ẽa ẽe.q. xxxii.ar.vii.dicẽs. ¶ Tripliciter põt esse aliquid acq situ. Vno modo, quia id quod acquirit illicite, debet ei a quo acquisitũ extortũ est, & siue nõ transferat do/miniũ illius rei in accipiẽtem ut in furto & rapina, siue transferat, ut in vsura, tñ cõpetit repetitio. Secundo

modo dicit aliquid illicite acquisitū ita φ ille q illicite acquisiuit nō potest illud retinere, nec tamen debet illi a quo acquisiuit, quia ille cōtra iustitiā dedit, & ille cōtra iustitiā accepit, ut in simonia & similibus in qbus ipsa datio & acceptio est cōtra legē. Tertio mō dicit illicite acqsitū non φ ipsa acqsitio sit illicita, sed illud ex quo acquirit est illicitū, ex quo transfert dn̄ium, nec cōpetit repetitio, ut in meretricio & huius. Nam meretrix turpiter agit cōtra legē de fornicādo, sed ipsa acqsitio, uel datio pecunie pro hmōi illicitis, nō est illicita cōtra legē dei, & hoc ꝓprie dicit turpe lucrū. De illicitis ergo isto tertio modo acqsitis ꝫm Tho. vbi supra & Ray. potest dari eleemosyna, & potest etiā retineri nisi superfluū per fraudem uel dolū mulier extorserit, quia illud esset restituēdum. Et ad hoc pertinēt lucra facta ex histrionatu illicito, ex duello, ex torneamēto, ex sertis factis de floribus, & aliis hmōi, quorū usus est cōmuniter ad lasciuiam, ex decis factis, ex mathematica seu arte diuinatoria, ex lucro negociationis, aduocationis vel medicine in casu nō concesso quo ad clericos. In his dixerunt aliqui non posse fieri elleemosyna quia ut dicit Prouerbio. iii. Honora deum de tua substantia, & iterū: Honora deū de tuis iustis laboribus, & xiiii. q. v. c. eleemosyna, & i. q. i. nō est putāda. Sed hoc nō est uerum ꝫm Tho. vbi supra & Ray. & alios communiter. Predicta aūt capitula allegata hoc intendunt, φ non licet dare eleemosynam de male acquisitis, que. s. debēt certis personis restitui, uel φ nō debet aliquis aliquod facere illicitum ut det eleemosynam. Et q̄uis quidā distinguant, ut dicit Vul. φ in his que prohibita sunt, quia mala & non puniuntur a iure nisi infamia, ut meretricium duellū, & hmōi talia possunt retineri. Sed que mala sunt, quia prohibita a iure ut torneamenta, & negociatio quo ad clericos, & huius:

modi, & talia non possunt retineri ad usum suum, sed debent pauperibus errogari. Licet hec distinctio videatur esse probabilis, tñ (quia pene sunt restringen de non ampliande, & qui nimis emungit elicit sanguinem) credo ꝙ in predictis oībus casibus & similibus: bonum est & salubre, ꝙ penitens inducatur ad errogādum pauperibus, non tñ cogendus ad hoc, nec si non velit in hoc est iudicandus nō esse in statu salutis si nō velit hmōi pniam agere, vel accipere. s. ꝙ hmōi lucra pauperibus erroget, nisi in casibus a iure expressis vt in simonia & idem de eo quod datur iudici ad corrūpendum eū & hmōi, vt infra dicetur. Secūdum ergo Th. Vul. Ray. & Inno. de hmōi debet dari eleemosina debito honestatis & consilii, non debito necessitatis salutis. Et sic intelligitur illud. xxiiii. q. v. qui habetis. Non est ergo illud acceptum sic restituendum ei a quo acceptū est, qa in turpi cā, melior est cōditio possidētis. ff. de cōditione ob turpē cām. l. fi. ob turpē. ¶ De illicite acqsitis. secūdo mō. videlicet cum illud sic acquisitum non debeť ei a quo sic est acquisitum, nec tñ acquirens pōt pro se retinere. Illud pōt & debet de necessitate salutis non solum de consilio & honestate pauperibus errogare, & huius rō est ƀm Th. ƀa ƀe. q. lxii. ar. v. qa ipsa datio & acceptio est lege prohibita, vt in simonia. Quidam tñ extendūt istum secundum modum ad oē lucrum in quo committitur pctm̄ in dante & recipiente, nō solū in simonia, sed etiam in pecunia accepta ex adulterio & pro vsura, cum quis accipit mutuum sine causa rōnabili, puta vt amplius ditetur & inde soluit vsuram. Illam vsuram vt dicunt, quia accipit retinere non pōt, nec tñ ei debet reddere qui dedit, quia turpiter operatus est dando mutuum ei quem nouerat non indigere. Sed Tho. vbi supra non dicit hoc, sed cum datio est contra legē, In dicto autem casu datio pecu-

in turpis melior est cōditio possid

ple pro mutuo non est peccatū, sed accipere illo mo/do vsurario mutuum est peccatū, quia dat illi occasio nem mali. Vñ licet peccet mortaliter sic mutuum acci/piendo, debet tñ potius reddere illi a quo accepit quā pauperibus errogare, nisi vbi nō inueniretur ille a quo accepit, vel etiam si vellet illam vsurā reddere non vsu rario, sed his a quibus extorsit ipse vsurarius vsuras p eo satisfaciendo pro illa parte, & tunc debet vsurario significare ne iterum illi restituat, & pcipue debet hoc facere cum licentia epi. vt si dictus vsurarius vellet ab eo repetere. eps cogat illum desistere a receptione, & ex quo vtiliter gestum est negocium eius ratū habere debet. Non tñ tenetur ad hoc. s. inquirere vel dare his quibus debitor est vsurarius, sed sufficit ꝙ restituat a quo accepit. Pauperibus autē errogare nō debet, cum nouit eum a quo accepit & pōt ei dare. Quod expresse ostēdit Aug. dicens. Nolite facere eleemosinas de feno re & vsuris. xiiii. q. v. Nam cum dat pauperibus quod debetur certe persone, nō liberatur a restitutionis obli gatione ad illā personam, vt habetur extra de homi. cificut dignum. Circa finem. Sed ī simonia ipsa datio & acceptio pecunie pro spiritualibus est phibita. Vñ dicitur. i. q. i. c. Placuit. Anathema danti anathema ac/cipienti. Et ideo nec sibi retinere valet nec illi reddere qui dedit, sed debet de necessitate salutis pauperibus errogare si pōt, vel illi ecclesie in cuius iniuriā data est pecunia applicari, vel aliter puideri, put habes in. ii. parte sum. ti. i. c. v. Similiter ī iudicio, prohibitum est iudici vel assessori. cum hñt certum salarium, accipere aliquid a partibus pro iudicando, vel non iudicando, vel iudicando bene vel male. Et testi est prohibitum ac cipere pro testimonio ferendo. Vñ Aug. Ideo non de/bet vendere iudex iustum iudicium, aut testis verū te/stimonium quia vendit aduocatus iustum patrociniū.

& iurisconsultus verum consilium. Illi enim inter vtrāq; partem ad examen adhibentur, isti in vna parte consi/stunt. xiiii. q. v. c. non sane. Quod ergo recipit iudex ꝑ hmōi vel testis, pro se retinere non pōt, sed debet illi restitui qui dedit, si iuste dedit puta vt iuste iudicaret intendēs redimere quodammo vexationem suam. V ñ Augu. in. d. c. non sane. Ille solet male sibi ablatam pe/cuniā repetere, qui iustum iudicium emit, qm̄ venale eē nō debuit. Sed si pecūia data fuit iudici ad eū cor rūpēdū, vel testi ad falsū testimoniū dicēdū, vel alicui ad falso accusādū, vel aduocato ad iniuste ad uocādū illi datori reddi nō debet qa turpiter dedit nec sibi re tinere debet sed paupib⁹ elargiri vel illi in cuius dānū siue iniuria data est, & precipue si ex hoc amisisset iustā causam. Habetur hoc in. d. c. non sane. prout ibi no. Io and. & Archi. & . ii. q. iii. c. qui recte. & Inno. extra de ĩmu. ec.. c. quia pleriq;. Ray. & Hostiē. in sum. Simi/liter inferiores officiales vt nuncii missi, & hmōi. si ali/qd extorquent per improbitatem, vt denarium paruū & hmōi tenētur paupibus errogare, & hoc vbi certū salarium recipiunt, vt dicit gl. in. c. nō sane. Nā cum sa/larium sufficiens recipiunt, si qua exorquent. debent re stituere si est quid notabile. Et idem videtur dicendū de notariis camerariis, & hmōi qui officio suo exercen do, exigunt aliquid a personis. Si. n. hñt sufficiens sala rium tenentur ad restitutionem eorum que accipiunt. Nec videtur excusare consuetudo, cū sit irrationabilis ar. xxiii. q. i. c. militare. vel pauperibus errogare si de fa cili non pōt inueniri. Si vero salariū non haberēt, vel non sufficiēs, credo q̄ consuetudo excusaret, qa nemo cogitur suis stipendiis militare. ¶ Insuper de his qui accipiunt pecuniam ab accusatis vel incarceratis anq̄ proferatur sñia contra eos vt intercedant pro eis & li berentur. ¶ Sciendū q̄ si accusati, vel incarcerati sunt

culpabiles, vñ & merito condemnandi, illam pecuniã nec reddere debent datoribus quia turpiter dederunt nec sibi retinere põt quia turpiter acceperunt impediẽte iustitiam, sed debet pauperibus erogari. ar. xiiii. q. v. Qui habetis. Si vero sunt innocentes, & ad redimendam suã vexationem dederunt & procurandã sui liberationem (si intercessores eorum sunt officiales salariati alias) pecuniam pro hoc receptam reddere debẽt vel pauperibus erogare, nisi data fuisset per modum doni & liberalitatis, & precipue post liberationem, qa tunc retineri posset, ar. i. q. ii. c. sicut epm. Et similiter si intercessores non sunt oficiales salariati, sed priuate psone, laborãdo pro hmõi iusta liberatione, iuste faciũt & quod eis datur, iuste retinere valent. ¶ Item de pecunia data pro adulterio cõmisso vel comittẽdo, q̃uis quidam dicant ꝙ debet dari non ei qui dedit, nec sibi retineri, sed ei dari in cuius iniuriã data est. s. marito (si vxor eius cõmisit adulterium, ex quo pecuniã habuit) videtur ꝙ potius debeat pauperibus erogari, nisi ille maritus esset pauper, quia propter paupertatẽ posset etiam confessor ipsi mulieri tanq̃ pauperi dimittere. Et similiter de viro committente adulterium quo ad vxorem caste viuentem & videtur esse in hmõi q̃si idẽ ius sicut & in turpi lucro, vt in meretricio quod etiam põt retineri sic acquisitum, nisi ꝙ leges prohibent adulteria & puniũt, non aũt simplicem fornificationem & meretricia. Nihilominus de pecunia data ꝓ adulterio nil statuunt sicut de pecunia simoniaca & aliis hmõi, vñ pauribus erogari potius inducendi sunt. xiiii. q. v. c. non sane. ¶ De acquisitis per ludos fortune. Extra illos casus in quibus debet acquisitum ꝓ hmõi restitui debent pauperibus erogari q̃nq̃ etiam posset sibi retinere. Sed de hoc in. ii. pte. sum. ti. i. c. xxiii. ¶ De illicite acquisitis primo modo, i. cum debetur illud acquisi

tum ei a quo acquisitum est, vt in furto, rapina, vsura & hmõi. Regula est, ꝙ hmõi sunt restituẽda spoliatis siue sint dñi illarum rerum, siue ad eos spectet dummõ constet rẽ nõ fuisse oblatã, vt accidit in pignore, deposito, commudato, & hmõi. Licet enim tales qui hñt pignora deposita, & hmõi non sint dñi illarum rerũ, tñ ex honesta cã. illa tenẽt. iõ his debẽt restitui talia ablata non dñis ipsarum reꝝ. Et sic intelligo illud. iii. q. i. c. reintegrãda sunt omnia spoliatis. extra de restitu. spo. per totum. Si aũt res ablata ab eo qui iniuste habuerat puta per furtum, vel per rapinam, restituenda est dño illius rei nõ illi furi. Quamuis autem malefaceret talis restituendo furi a quo ipse acceperat, & non domino rei ipsius quem nouit, tñ ẜm Guil. liberatus est ab obligatione restõnis, quia reposuit rem in prestinum statũ & gradũ. ¶ Quidã tñ dicunt, ꝙ illud quod acgritur ex vsura mentali tm̃, nõ debet illi restitui qui dedit, qa id a se voluntarie abdicauit. Nec tñ sibi debet retinere, quia contra legem accepit. extra de vsu. c. consuluit, sed debet pauperibus erogari. ar. c. sicut dignum extra de homi. De vsu. c. cum tu. Sed ista iura inducta, videtur esse contra talem opinionem. Nam ibi dicitur ꝙ debent ablata restitui eis, quorum fuerunt si reperiuntur, vel eorum heredibus. Nec aliquod ius, nec aliquis doctor solẽnis, facit istam distõnem inter vsuram mentalẽ & pactionalem, vt prima debeat restitui ei qui dedit. secunda autem, non sed pauperibus erogari. Sed sicut indistincte dicit Aug. de acceptis ꝑ furtũ, & rapinã, ꝙ debẽt restitui nõ dari paupibus) sic ingens. Qui cõtra ius societatis humãe, furtis, rapinis, iuasiõibus, oppressionibus aliqua abstulerint. reddenda potius ꝗ donanda censemus. exemplo Zachei. xiiii. q. v. c. non sane. Ita & indistincte dicit idem de vsuris. Nolite. eleemosinas facere de vsu. q. ea. ca. Nolite quasi dicat hec reddenda

sunt non pauperibus dãnda. cum .s.inueniuntur q de/ derunt ipsas vsuras. ¶ Et cum dicitur ꝙ qui dedit vsu ras voluntarie, illud a se abdicauit. R ñ. ꝙ si dedit ex li beralitate & per modum doni verum esset, & tunc re/ cipiens hoc sciens non tenetur restituere nec paupibus dare. Sed si dedit rõne mutui principaliter. non abdi/ cauit illud voluntarie (supple) sed cõdõnate, nec mutũ ans reputaret se grauatum, & istum ĩgratum, & sic alia vice non inueniret mutuum. Et ideo sibi debet restitui vsura. Si aũt nil accepit vltra sortem (q̃uis hoc non in/ tenderet) in nullo tenetur, nec illi, nec pauperibus. Ad hoc facit quod dicitur in directorio iuris. Ibi. n. dicitur ꝙ vsurarius mentalis inducendus est in foro peniten/ tiali, vt restituat per. c. consuluit de vsur. Et subditur in fra ꝙ in foro ecclesie vsurarius mentalis iudicandus est male agere. & est inducendus non compellendus vt sic accepta restituat. nec tãq̃ vsurarius est puniendus in fo ro iudiciali. sed quo ad deum re vera vsurarius est, & te netur restituere sic accepta, & sic intentio cum effectu facit vsurarium, vt i. d. c. consuluit. & xiiii. q. iii. c. si fe neraueris. hec notat Berñ. Inno. Host. & Gof. ¶ Pro hmõi ãt maiori declaratiõe sciẽdũ ꝙ in re q̃ debet resti tui se aliqs tripliciter põt habere, qa aut est verus dñs aut heres eius, aut solum est dispensator circa ipsam rem. ¶ In primo casu, cũ. s. est verus dñs rei ablate, de bet sibi restitui si põt. iii. q. i. c. reintegrãda. & fere per to tã qõnẽ. & hoc. nisi iusto bello, vel iusto edicto ipali, vel ecclĩastico, ille cui res sublata est priuaret iure re hn di simpliciter, vel ad tps. Nã cũ cõtingeret hoc puta qa tanq̃ hereticus condemnatus est dñs rei, vel de crimi/ ne lese maiestatis conuictus in quibus casibus oĩa con/ fiscantur post sñiam super hoc, non sibi sed fisco debẽt oĩa sua applicari. extra de here. c. excõicamus. Insuper si dñs rei ablate non habet administrationem bonorũ

suorum vt pupillus, debet illud reddi tutori vel cura tori. ¶ In secundo vero casu. s. cum legitimus heres est sibi debent ablata restitui, sed cũ tali distõne ꝑm Ray. quia si hr̃des sunt plures, vnicuiq; ꝑm ꝓportiones, sue hr̃ditarie partis, restituendum est. Si autem heres ĩ ali qua determinata quantitate constitutus sit, puta in. c. vel in domo & non plus, tunc restitutio non fiet here di, sed illi vel illis quibus testator commisit dispẽsatio nem bonorum suorum. Si vero defunctus ĩ morte sua, oĩa bõa sua legauit paupibus & piis locis, qbus illa le gata sunt acquiritur ius in bonis defuncti pñtibus & futuris. vñ & eis debet restitui. ¶ In tertio casu. s. cum est dispensator rerum, vt epĩ & alii prelati ecclesiarum & gubernatores hospitalium, est distinguẽdum. Quia cum dant aliqua aliis, aut dant de rebus suis ꝓpriis, pu ta patrimonialibus, vel per industriam acquisitis, sicut scripture, doctrine & hmõi & de hmõi dando quibus cunq; etiam malis vt meretricibus & histrionibus (q̃uis grauiter peccent, vt illud. lxxxvi. di. ca. donare.) tñ non tenẽtur ad restitutionem, nec illi q hmõi recipiunt ab eis ꝑm Ray. & Guil. Aut dant de fructibus ecclesia rum suarum, & locorum piorum ad mensam eorũ seu vsum specialiter deputatis, & tunc etiam male vtẽdo & dando male faciunt, non tñ tenentur ad restõnẽ ip si, nec q recipiunt ab eis, nisi reciperẽt per extorsiones, fraudes, & violentias, & hmõi, tunc tenerent̃, & hoc ꝑm Tho. ꝑa ꝑe. q. lxii. ar. v. Item questione. clxxxv. & ꝑm Guil. Aut dant de bonis ecclesie deputatis ad cul tũ diuinũ, vel. c. distribuẽdis aut paupibus erogãdis spãliter vel cũ ẽt simpl'r cõmittũtur dispẽsationi sue si ne distõne sibi deputatoꝝ ad vitam ab aliis, & tunc si dant cã necessitatis seu eleemosine. bñfaciũt, nec ipsi te nentur, nec qui recipiunt ad restituendum, nisi darent de his que sũt distincte deputata clericis, quia tunc te

nentur eis de eo quod abstulerunt ab eis, quia non dan da est eleemosyna de alieno, xiiii. q. v. c. neq;. Si dant ꝑ sonis honestis pro patrocinio & labore quem impen/dunt ecclesiis, etiam laudabiliter faciũt, & hoc ẜm quã titatem laboris & industrie. Ecclesiasticis. n. vtilitati/bus seruiẽtes, ecclesiastica oportet remuneratione gau dere. xii. q. ii. c. quicuuq; suffragio. Nec ergo prelati dã tes nec recipientes ꝓ huiusmodi tenentur in aliquo re stituere. Sed si dant ratione parentele, cum tamẽ non indigeãt, vel causa fauoris humani erga principes nisi facerent ad redimẽdam vexationem quo ad tirannos & similes, vel dant cum turpidinis vt meretricibus & hmõi, tenentur ad restituendum que sic male dederunt non quidẽ de bonis ecclesie, sed de bonis patrimoniali bus si hñt, vel per industriam acquisitis. Illi etiam qui sic talia que aliis debebaꝰ male accipiũt tenentur resti/tuere, nisi ipse qui dedit satisfecisset. Th. vbi supra. De bẽt autẽ dare, vel successori eius qui dedit, vel in vtili/tatẽ ecclesie conuertere cum lnia superioris, vel paupe ribus errogare, si illa pauperibus debebantur. ¶ Qui autẽ recipiunt a religiosis ꝓpter iniustam causam, vel sine lnia supioris debent restituere prelato ipsius mona sterii, vel conuentui, vel alias in vtilitatem monasterii conuertere vel expẽdere, ꝑcipue si ipse ꝑlatus fuit qui male dedit. ¶ In omni autem casu ex supradictis, de/bet fieri ita ꝙ peccatum quod est occultum non mani festet, & ita ꝙ ñ seqꝰ maius scãdalũ, ar. di. xiii. c. duo. ¶ Qui autem tenentur alicui ecclesie vel loco pio, de/bent illud dare gubernatori seu rectori eius loci, nisi il le rector non haberet iustum titulum sed vsurpatum, vel probabiliter credatur male vsurum. tunc enim pos sit in vtilitatẽ illius loci ꝯuerti vel successori reseruare,

¶ Capitulum sextum cur fienda sit restitutio,

Quantũ

QVantum ad.vi.s.cur sit fiēda restitutio. Ad hoc beatus Tho.2a 2e.q.lxii.assignat rationem, videlicet quia restitutio est actus iustitie. Ad iustitiā autem habēdam & exercēdam, quilibet tenetur. ¶ Consistit autem iustitia in quadam equalitate, que tollitur per vsurpationem, & detētionem aliene rei, & reparari nō potest, nisi per iteratā dationem seu per assignationem rei, ei cuius erat si potest, & ideo tenetur restituere. ¶ Sed nota ꝙ sicut quilibet qui est sui iuris potest donare rem suam, ita potest etiā remittere rem sibi debitam gratis & relaxare suo debitori. ¶ Que remissio siue donatio libere facta sine fraude, & coactione, postq̄ facta est per pniam nō potest reuocari, vt dicit Ray.at.vii.q.i.c.q̄ periculosum. ¶ Sed sciēdum ꝙ illi qui ponunt se in manibus creditorū, promittēdo seu offerēdo se ad dandū quod peterent, rogantes tamen ꝙ totum uel partem dimittant sed nō intēdunt restituere, immo sperant ꝙ pro nihilo uel modico quietabuntur, alias nō se ponerent, in manibus eorū, a peccato quidem rapine, vsure, seu alterius male vsurpationis nō sunt absoluti, quia peccatū per pniam & cōfessionem dimittitur quā illi vere nō habēt. ¶ Sed vtrū absoluti sint a debito seu obligatione restituēdi, distinguendū 2m Egi. in quolibet. Quia si creditor propria voluntate & liberalitate dimisit & donauit nō curās quicquid debitor intenderet, non tenetur ipse debitor amplius restituere, si ei clare cōstat. Secus aūt si creditor deceptus vel coactus uel desperatus.i.ꝙ nunq̄ sperabat se illud debitum ab eo posse habere, uel nō posse habere totū, & ideo potius uoluit habere partem q̄ nihil, dubitās ne nihil haberet si totū vellet habere. Talis eni remissio nō valet, & adhuc obligatur ad restituendum. Sed quia hec materia est multū vtilis & necessaria sciri, & in frequenti practica, ideo seriosius & ple

bius tractāda, & quid sentiāt docto. in hoc referēdū.
¶ Cū ergo queritur vtrum vsuratio uel cuilibet alteri qui habet aliena, sufficiat in foro cōsciētie remissio sibi facta ab his qbus extorsit vsuras uel alia male ablata, uel ab heredibus eorum si illi non viuunt responde tur diuersimode a diuersis, vt patet in.§.sequentibus.
¶ Girar. de senis.or.ete. asserit ꝙ habēs male ablata, nisi reddat aut sufficiētem faciat cautionem, nō potest liberari a sua obligatiōe per aliū modū cum potest aliquo modo restituere. Nec enim potest deobligari primo per viā remissionis. Secūdo nec per viā satisfactionis. Tertio nec p viam liberationis. Quarto nec p viā trāslationis. Quinto nec per viā donatiōis. Sexto nec per viam renuntiationis. Septimo nec per viam cōuenietie & discretionis. ¶ Inducit ad hoc has rationes que non uidentur multum vrgere, sed sine multa difficultate solui possunt per eos qui tenēt ꝙ absq; actuali restitutione, potest tolli obligatio male ablatorum ab eo qui obligatur per quēlibet horū modorū, dūmodo nil fiat in fraudē, uel per metū, uel per disperationē.s. non rehabēdi, sed libere sponte gratis & sciēter. Si.n. fraudulēter coacte, uel hmōi fieret talis deobligatio, locū habet quod dicit, & nō aliter. ¶ Quod nō possit tolli talis obligatio per uiā remissionis nisi restituatur, probat sic. Nullus est capax remissionis nisi a peccato prius desistat, sed habēs rem male ablatam q̄diu remanet obligatus ad reddendū non dicitur desistere a peccato, ergo nō est capax remissionis, & per cōsequēs obligatio illa tolli non potest per viā remissionis. Ad quod facit regula. Peccatū de reg.iur.in.vi. Restitutio enī p quā obligatio tollitur, est preuia remissioni. Vnde non uidetur remissio fieri, nisi per restitutionē tollatur prius obligatio. Sed ad hoc respōdetur. Maior potest intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligatur de

remissione debiti rei ablate & sic uidet falsa. Nam potest alicui remitti debitū, si vult creditor libere & sponte, q̄uis ille debitor nō intēdat dare, etiā non sibi amplius obligabitur ꝑm Egi. Secūdo modo ut intelligat de remissione peccati, & tunc est vera maior & minor falsa. Nam habēs male ablata si nō potest restituere ullo modo, remanet obligatus ad restitutionem cū poterit, extra de solu.c.odo ardus, & tamen desistit a peccato si penitet & proponit restituere in futurū. Sed & si potest restituere sed male, & hoc intēdit facere si creditor nō remittat, talis etiā adhuc remanet obligatus ad restituendum, & tñ desistit a peccato penitēdo. Et quod subdit ex regula Aug. peccatū de re.iur.li.vi. ꝙ restitutio est preuia remissioni, uerū est de restitutione nō solū actuali, sed etiam mētali & in proposito & in equalēti. ¶ Quod non tollatur per viā satisfactionis probat sic. Satisfacere est peccatorū causas excidere & eorū sugestionibus aditū non indulgere de pe.dist.iii. c.satisfactio.circa princi. Cū ergo ablatio & detentio rei aliene sit causa peccati nisi ipsa causa peccati excidatur quod fit per oppositū suum.s.restitutionē, nisi restituatur non uidet posse satisfacere quantuncunq; acceptet creditor. Insuper cū per satisfactionē nō solū reparetur amicitia, sed etiam equalitatis iustitie que ablata erat per usurpationem & detētionem alienorum nisi tollat causa iniustitie & inequalitatis que fit p restitutionem subtractorū, dum creditori redditur quod minus habebat q̄ debebat ab ipso Vsurpatore, qui plus habebat q̄ debebat, non reparabitur iustitie equalitas, & sic non fiet satisfactio nisi reddat ablata. Satisfactio enim fieri debet per ipsum debitorem qui uiolauit iustitiā usurpando aliena, non p creditorem. Ad hoc respōderi potest, ꝙ utiq; peccati causa excidi nō potest, nisi per restitutionē, sed restitutio non solū fieri potest

actu,sed etiã mēte & proposito,alias qui nō potest re stituere cū nil habeat, sequeret̄ q̄ nō posset satisfacere pro peccatis quod est falsum. Similiter etiã equalitas iustitie reparari potest, nō solū per actualē restitutio/nem,sed etiã p aliū modū p quem sibi creditor uel iniu riam passus reputat sibi satisfactū. Fit quoq; in hmōi remissione satisfactio, p debitorem qui violauit iusti/tiam dū habet animū paratū & se offert ad restituēdū, si nō remittit. ¶ Tertio pbat q̄ nō tollat̄ per viam li berationis sic. Chryso.dicit.extra de reg.iur.c.omnis. Omnis res p quascunq; causas nascit̄, p easdē dissolui/tur. Sed oblatio talis iniusti detētoris, nascit̄ per solā eius deprauatā voluntatē.s.rapiēdo,uel tenēdo uel de tinēdo rem alienā,ergo dissolui nō potuit nisi p volū/tatem.s.rectificatā.s.in restituendo ablata, & sic videt̄ q̄ nō sufficiat,volūtas eius cui fieri debet restitutio ad tolleñ.obligationem cū non fuerit causa ipsius. ¶ Ad quod responderi potest,q̄ uolūtas deprauata vsurpa/toris rectificari potest, nō solū per actualem restitutio nem,sed p intētionem,volūtariā restituēdi,si ille spon te noluerit remittere.Et sic nō solū volūtas creditoris, sed & debitoris voluntas, que fuit causa obligationis cōcurrit ad liberādū obligatorē dū se offert ad satisfa/ciēdū creditori ad placitū. ¶ Quātū ad quartū.s.per uiā trāslationis & acquisitionis dñi pbat q̄ nō possit tollit obligatio sic.Presupposito q̄ in vsura non trans/ferat̄ dominiū s̄m quosdā tunc assumitur talis regula. ¶ Nullus potest in re detinēda iustus titulus adueni/re nisi prius iniustus auferatur titulus.Nam iniustus ti/tulus auferri non potest absq; hoc q̄ iustus titulus ac/quiratur, & ecōuerso, & iccirco erit alia actio per quā iniustus titulus tollitur, & per quam iustus titulus ac/quiritur.Nulli ergo aduenire poterit iustus titulus per aliquā actionem, nisi ei auferatur iniustus titulus per

aliam actionem. Sed illis qui acquirunt dominiũ in re detinenda, aduenit iustus titulus per dominii acquisitionẽ. Ergo si prius habuit iniustũ titulũ per rei aliene vsurpationẽ & detẽtionẽ, oportet ꝙ dictus titulus iniustus auferaẽ per eiusdẽ rei restitutionẽ ante dominii acquisitionem, & sic non est capax dominii ante restitutionem, & multo fortius in furtis & rapinis in quibus ſm omnes non transfertur dominium. ¶ Sed ad hoc respondetur ꝙ vt dictum est, restitutio per quam aufertur iniustus titulus in foro consciẽtie, fieri potest non solum manualiter sed etiam mentaliter, dum. s. est paratus reddere realiter si nõ vult dimittere, & sic ablato iniusto titulo per spontaneam & liberam remissionem creditoris acquiritur dominium. ¶ Quãtum ad quintum ꝙ non possit tolli per uiam donationis, probat sic per has propositiones. ¶ Ille cui restitutio fieri debet, donare nõ potest priusq̃ sit restitutus. Et ipse iniuste detinens aliena anteq̃ restituat ablata, certificari non potest de tali donatione vtrum sit vera donatio. ¶ Primã sic ꝓbat. Donatio nisi sit libera, nõ est donatio vera. ff. de adimẽ. le. l. item legatam. Iste aũt qui talster donat. s. anteq̃ sit restitutus nõ libere donat, qa nõ libere illud habet, cũ non actualiter habeat. Et si dicaẽ ꝙ restituẽdus libere potest habere, & ꝑ consequẽs libere potest donare, quia detentor bonorũ suorũ paratus est reddere, talis instãtia nihil ualet, qa restituẽdus certificari nõ potest, ꝙ talis habẽs sua male ablata, sit paratus ad ea restituẽda, nisi ea statim cũ potest reddat, uel ꝑ eius reddẽdis sufficiẽtem cautionẽ faciat, quod pertinet ad secũdam ꝓpositionẽ. Nam & si videantur aliqua signa, qbus separatũ ad satisfaciẽdum ostẽdat, non ꝓbanẽ esse sufficiẽtia, cũ illis vti possit, ita ille qui nõ habet intẽtionem restituẽdi sicut ille qui habet. Et talis alienorũ detẽtor iniustus, cui donatio fit ante re-

stitutionem, nō potest eā, vt verā donationē acceptare uel accipere cū bona cōsciētia. ¶ Ad quod respōdetur, ꝙ donari possunt nō solū res habite, sed etiā iura & actiones & que sperant̄ haberi. Nec ꝑpterea potest dici ꝙ nō sit donatio libera, quia res actu non habet̄. Et cū hoc negociū agat̄ & discutiat̄ ꝭm forum consciētie, vbi credēdum est cuilibet pro se & contra se, & nemo sit arbitrādus immemor ꝓprie salutis, vt dicit̄.i.q.vi.sancimus, ex quo debitor offert se paratum ad restituēdum si vult, rogat tñ vt donet, non coactus nō deceptus sed spōtaneus, pōt sibi ꝑsuadere & credere libere donasse, ꝑcipue si non egeat multū, nec enim ꝑsumit̄ de facili quis ꝓiicere sua & donare. ¶ Quantū ad sextū ꝙ nō possit tolli p viā renuntiationis ꝓbat sic. Vbi renuntiatio nō habet locū obligatio tolli nō potest p viā renūtiationis, sed anteq̄ fiat male ablatorū restitutio, nō potest ille cui restitutio fieri debet renuntiare, ergo nō potest tolli obligatio detinētis aliena iniuste p uiam renūtiationis. Maior est nota. Minor ꝓbatur. Nam renūtiatio illa que fit a spoliato anteq̄ restituat̄, ipsa decernitur esse nulla, sicut patet.iii.q.i.c.epis, & extra de rest.spo.c.sollicite, & hoc ideo quia presumit̄ nō libere fieri, quia nō est verisimile ꝙ spōte iuri suo renūtiauerit, qui renuntiat spoliatus. Sic in ꝓposito videt̄ dicēdum ꝙ renuntiās creditor, nō restitutus, nō videtur sponte renuntiare, sed vt coactus & hmōi. ¶ Ad quod respōdet̄ ꝙ ea que cōtinent̄ in dictis capitulis, habēt locū in foro contētioso vbi procedit̄ per ꝑsumptionē. Sed in foro cōsciētie etiā spoliatus potest renūtiare iuri suo, vt in ꝓposito. Preterea eo ipso ꝙ offert se ei ad restitutionem si vult iam reuestit & restituit eū iuri suo. ¶ Quantū ad septimū ꝙ non possit tolli per viā conueniētie & discretionis, ꝓbat sic. Supposito dicte regule peccatū, lib.vi. Obligatio illa qua iniustus

detētor alienorū est obligatus ad restitutionē, necesse est ꝙ tollat per viā restitutionis uel aliā equipollētem. Et querēdo que sit via equipollēs restitutioni, si dicat ꝙ sit remissionis via uel donationis, sequitur inter alia istud incōueniēs, ꝙ potest dici restitutio, & tñ in possessione minime positus, quod patet esse falsum per illud quod habet. ff. de verbo. sig. l. plus est. Dicit enim ibi, ꝙ restituere est nō solū potētiā rei ꝑbere, sed etiam possessorē facere fructusq; reddere. Qua ꝑpter, nullus potest dici restitutus, nisi in possessione fuerit cōstitutus. Si ergo remissio que fit ante restitutionē equipollet restitutiōi ipsi, sequit hoc incōueniēs ꝙ etiā nō positus in possessione dicet restitutus. Sed ab hoc respondetur, ꝙ in foro cōsciētie, & ab Aug. nō sumit, ita stricte restitutio, sicut in foro cōtentioso ꝑm iura. Nā quomodocūq; impleat voluntas creditoris a debitore dicitur restitutio facta. Et cū quis cedit bonis, etiā anteq̄ ponat eos in possessionē, restituit quo ad consciētiam. Quod ergo dicit ꝑfatus Gitar. s. ꝙ nō sufficit remissio nec potest liberari nisi restituat si potest, uidet habere locū qñ remissio fieret nō libere & sincere, sed remittēs induceret ad hoc vi, fraude uel timore seu desperatione. s. nil inde cōsequedi. Hāc eandē questionē formans Laurē. de rodul. in trac. de vsur. prius recitat opinionē doctorū. dicit ergo gl. ii. in regula. peccatū, tenet ꝙ sic. Sed dicimus ibidem cōtra. s. ꝙ nō sufficit nisi pecunia sit restitutioni parata. ❡ Aliquorū uero theologorū opinio fuit, ꝙ etiā nō sufficit ꝙ res sit parata restitutioni, sed etiā oportet ꝙ offerat. ❡ Io. an. ibidem super glo. demū assumit viā mediā dicens, ꝙ aut gerit in mēte vsurarius restituere, & remissio sufficit aut nō, & tūc secus. ❡ Sed Fed. de senis in opere suo, firmat idistincte opinionē dicte gl. sic dicēs. Si is cui debēt restitui pecunie uel male ablata nō coactus, uel deceptus, non

circunuentus & omni dolo & ui & calliditate & metu, cessantibus etiã p̃cibus, uel seruitiorũ exhibitiõe inductus, debitã sibi pecuniã nõ oblatã, nec restitutione paratã vsurario dimittat, liberatus est vsurarius a restitutione, nõ tñ a peccato quod cõtraxit exercẽdo vsuras, nisi & de illo peccato pniam agat. ¶ Potest etiã dici ꝙ plus est, ꝙ si vsurario perseuerãte in crimine & non disposito ad aliquã restitutionẽ, his qui debet recipere vsuras remittat illas ꝑprio motu uel ad petitionẽ vsurarii, liberatus est usurarius a restitutione rei, & si non a peccato, quia de hoc opottet satisfacere deo per penitentiã. Hec ille. Hãc opinionẽ videt̃ firmare Hosti. in sum. & Archi. in. c. ii. de vsur. lib. vi. super uerbo satisfactum, dicẽs. Satisfactum accipimus, quõcunq3 volũtati creditoris satisfiat. Idẽ Lapus de cast. Idem Gof. & Guil. Et demũ idem Lau. sic cõcludit. Vt tollatur omnino oĩs dubitatio an sit uel non sit liber animus remittẽtis, & p consequẽs clara cõsciẽtia usurarii, & vt facilius inducant̃ homines ad cõtritionẽ, & de cetero a talibus abstineãt, cautũ est p̃dicare ꝙ nõ sufficit remissio facta q̃uis se disponat ad satisfaciendũ, si non remitteret creditor, & cautius ꝙ oportet ꝙ pecunia sit restitutioni parata & cautissime ꝙ offerat̃ pecunia, uel ꝙ plus est ꝙ ponat̃ in manibus creditoris. Sed de iure & in foro cõsciẽtie puto illã gl. cuius opinionem sequit̃ Fede. vt dictũ est esse uerissimã, & ad hoc inducit ipse Fede. plures rõnes. ¶ Et prima est talis. In maioribus criminibus sicut est in crimine furti, uel rapine, uel violẽtie, re furtiua uel rapta manẽte apud furẽ uel raptorem de uolũtate dñi, purgat̃ vitiũ furti uel rapine sine aliqua restitutione, ut. l. si fur. de vsur. in prin. &. ff. de p̃cario. l. si certe, ergo purgat̃ uitiũ vsure remanẽte vsura apud usurarium de uolũtate dñi. Et ꝙ illa sint maiora crimina, patet ex maioritate pene, siue aga

tur ciuiliter siue criminaliter. Grauius est aūt peccatū quod grauius punitur, ut.xxiiii.q.i.c.non asseramus. ¶ Secūda ratio est quia in crimine vsurarū & in aliis maioribus, sufficit facere condignam satisfactionē uel emendationem. extra de rap.c.i.ut sit quis liberatus a peccato.c.quanto.extra de vsu. Sed satisfactum intelligitur, quomodocunq; desideriū creditoris impleať, etiā si nō soluatur.ff.qui satisda.cog.l.i. ¶ Tertia ratio est, que uideť ƀm eū insolubilis. Sunt quidā spēales casus in quibus obligatis ad restitutionem, nō sufficit remissio, ut.c.exigit, de censi.lib.vi.& ibi de hoc ergo, in aliis casibus stabit regula, ꝙ sufficit remissio. ¶ Idem tenet Pet.de pal.in.iiii.dis.xv.q.ii.ar.i.q dicit ꝙ obligatus restōni excusatur propter remissionem creditoris, quia per acceptationem tollitur. Et hoc nisi sit talis ꝑsona, que nō habeat administrationē, vel q̄ non pōt donare, nec per ꝯn̄s remittere quia remittere ē dare. Item qn̄ in iure cautum est ꝙ remissio nō valeat, tunc non excusat, sicut in iudice delegato que munera & expensas recipiens vel extorquens, tenetur reddere, nulla partiū remissione sibi ꝓfutura, extra de rescrip.c. statutum.li.vi. Idem de visitāte iure ordinario recipiē te munus, ad cuius duplū restituēdū tenetur. extra de censi.c.exigit.li.vi. Hec Pe. vbi supra. Quod si qs obiicerunt regulam. Non remittiť pc̄m &c. quod ē verbū Aug. & restituere est rem in prestinū statū reponere vñ nō videtur satisfacere remissio. Ad quod rñdēt ƥdicti Pe. Laus. post Fede. ꝙ Aug. in dicta regula nō habuit respectum ad strictam signationem verbi, sed ad mentem eius que verbis preferenda est. extra de ver.sig.c. intelligentia verborum fuit, ꝙ si offendisti proximum tuum rapiendo, furando vsuras, extorquendo, reconcilies te cum ipso. Et cōiter quia homines non iactāt pecunias suas, sed volunt sibi restitui res ablatas, ꝓpterea

Aug.se retulit ad verbum restituat. Quod aūt sic intel lexerit, Aug. ostendit multipliciter. Hec ille. Quod aūt dicit Lau. supra. s. esse p̄dicandum non sufficere remis/ sionem nisi fiant ea que dicunt diuersi non videtur tu tum vel cautum. Nam ex tali predicatione, ita pōt seq p̄iculum animarum, sicut cautela. Sicut enim p̄dicator debet sibi cauere a predicādo ea que habent homines inducere ad malum &ab alleuiando mala, ita debet ca uere a p̄dicando scrupulosa & ardua qñ cōis opinio est in contrarium. Hoc enim esset inijcere laqueum aīa bus, quod fieri non debet. xxvii. q. i. c. viduas. Audien do enim talia & non seruando (cum exauditis format sibi consc̄ia) hoc sibi necessario fiendum. Qui habuit hmōi remissionem, &ex difficultate nolit ponere se ad faciēdum, erit in malo statu rōne consc̄ie sibi facte sup eo, in quo bene poterat transire cum bona consc̄ia. Pre terea si p̄dicator hoc dicat in p̄dicatione. s. sibi non suf ficere remissionē nisi &c. & postea in audientia confes/ sionis faciat contrarium & dicat illi sufficere, nonne ex hoc pōt sequi magnum scandalum contra doctrinam predicationis? Ex hoc enim poterunt credere hoīes sic esse de multis aliis, que predicatores dicunt, scilicet ꝙ non sunt simpliciter vera, sed ad terrorem dicta, & sic periclitabiť fidei doctrina. Non video etiam cum bo/ na conscientia ꝙ absq; sui magno pc̄tō possit hoc dice re in p̄dicatione si sentiat contrarium, quia hoc cōiter tenent doctores. Sed & si teneť aliquā aliam opinio nem cum ille sint scrupulose, nō debet velle īducere ho mines ad suos scrupulos. Non ergo p̄dicando dicat ꝙ sufficiat remissio ne inducat occasionem mali, & aperia tur via vsuris neq; dicat ꝙ non sufficit, ne dicat men/ daciū, vel scrupulos & laqueos iniiciat auditoribus. Sed dicat quod dicit Aug. ꝙ oportet ꝙ restituat si pt xiiii. q. vi. ca. si res, & in restitutione includiť remissio.

¶ Sed quid si post remissionem libere factam & vere vsurario, vsurarius mandat in testamēto suo reddi vsuras nunquid quod semel remissum est debet restitui his quibus tenebatur prius. Dicendum fm Fede. q in hoc distinguendum est. Quia aut talis tenor locutus est p verba transferentia se ad factum, vt puta qa iubet vsuras restitui his quibus debebat eas restituere, & probarent eas soluisse, & tunc non obstante remissione tenebitur satisfacere heres. Et hoc casu loquit. ca. ad vestrā de iniur. Aut loquitur per verba transferentia se ad ius non ad fcm, vt puta qa iubet ea restitui qbus debet, & tunc secus dicendum est. Hec ille. ¶ Item sciendum q cum alicui fit remissio libere & sine laude, non tenetur talis illud qd sibi remissum est pauperibus dare. Sibi enim acquirit illud ius siue debitum non pauperibus, sicut ne qs tenetur paupibus dare quod sibi donatū ē. ¶ Hosti. in sum. ti. de vsuris dicit, q si fenerator partem pecunie fenebris restituat ei a quo habuerat vel heredi suo & de voluntate eius partem retineat dicunt theologi idistincte q non est liberatus nisi totum offerat. Tu dicas q si ex pacto fit, non est liberatus. ar. ca. veniens. extra de simo. Si autem vsurarius partem sine pacto liberaliter soluat & offerat, & de altera pte misericordiam petat, & creditor liberaliter remittat liberatus est debitor, nec teneť vlteri⁹ ad restōnē, sicut nec teneť si gratis accepisset gratis oblatū fm Gof. Hic tñ bonus iudex ex certis cōiecturis, motū sui aī informabit. Nā si creditor est paup & inops, & vsurarius diues & potens non psumo q creditor ipm vsurariū sponte ex corde liberet, sed hoc faciat qa vltra recuperare non pōt, vt illud tantillum quod offert recuperaret & non amitteret. Si vero creditor sit diues & potens (qui ēt consueuit histrionibus & ioculatoribus tātundem de suo donare vel plus frequenter) psumi pōt q ex corde

hoc faciat. Hec ille. Item in quadam summula dicit, ꝙ si vsurarius offer libere totā summam pecunie credito ri, ostēdēs plenariam voluntatem cum non habeat (qꝛ si crederet ꝙ aliquid acciperet non offeret) creditor ni hil penitus vult accipe, sed liberaliter dimittere totum iste plenarie satisfecit proximo, sed nō deo. & ideo po stea sufficit sibi sola contritio, vt satisfaciat deo. Vnde consulendum est non contritis, vt haud minus hanc li beram satisfactionē faciant proximo. ¶ Itē sunt aliq vsurarii qui nitunt decipe deum qui numeratam pecu niam & acceptam, tunc exponunt creditoribus credē tes ꝙ illam non accipiant (quia si crederent ꝙ illam re ciperent, non illam repñtarent) at ille timore vel vere cundia ductus, nihil vel parum recipit residuum dans & sic isti tales dicerent se satisfecisse, quod nō est verꝫ. ¶ Item nota ſm quosdam ꝙ sunt quinque modi satis faciendi, ¶ Primus modus est cum pecunia libere of fert. ¶ Secundus est cum pecuniam non hēt, offert pi gnora. ¶ Tertius modus est cū pecuniā nō hēt nec pi gnora congruentia, facit tamē instrumentum, vt here des cōpellant ad satisfactionē & ēt ipsemet. ¶ Quar tus modus est cum mediante sacerdote vel aliquo alio religioso fit voluntaria & libera concordia. Iste tñ mo dus debet semper ostēdere creditori. velle & posse libe rum debitoris. ¶ Quintus modus est cum cōsensu & misericordia creditoris ponit debitor aliquā possessio nē i manu alicuius honesti viri, ex cuius fructibus sol uantur per tempus debita, deinde possessio ad heredes reuertatur, vel ita debet permanere pro incertis. Hec ibi. ¶ Item Archi. in rosario. xiiii. qō. v. ca. non sane. dicit ꝙ Hostien. dicebat ꝙ in his in quibus est pecca tum mortale secundum legem diuinam, vt in furto vel rapina, dispensare non potest episcopus, immo nec ēt papa vt aliqui dicunt, quo minus pniam agat & resti

tutio fiat si pōt. extra de vsur. c. cum tu. In his vero in quibus est pc̄tm̄ mortale s̄m ius positiuum, & cū epis seu inferioribus pape, interdicta est dispēsatio. Nullus dispēsare vel dilationē pstare pōt nisi solus papa. iii. q. i. c. reintegranda. vel hi quibus spāliter commiserit. Si vero non est intardicta poterit. Hec ibi. ¶ Sed ꝙ dicitur papam non posse dispensare in his restitutionib⁹ vbi est pc̄tm̄ mortale perpetratum in vsurpatione contra legē diuinam facta vt furto, rapina, vsura. & hmōi quo minus restitutio fiat si pōt, videtur intelligēdum quo ad restitutionem certorum si sciunt̄ psone vel quo ad incerta, cum dispēsaret absq; causa rationabili, vel saltem dubia pro libito voluntatis. Non. n. pōt tollere que sunt propria hominū & dare aliis sine causa. Sed cū causa rationabili pōt, puta per modum pene, vt cū aufert regnum vel imperium alicui propter demerita sua quia esset inimicus ecclesie hereticus vel scismaticus nec se vellet corrigere, vel cum faceret mouere bellum contra aliquem dn̄m vel ciuitatem persequētem ecclesiam, vel fauentem hereticis vel detinentem bona ecclesie, & traderet aliis dignitatem iura & bona illorum sicut factum est pluries. Nec pōt papa cum bona cōscīa que pauperibus deberet dispensare, dare diuitibus sine cā rōnabili, sed cū cā rōnabili p̄t talib⁹ obligatis remittere, seu vt paupibus, dare ea q̄ acqsierūt per furta rapinas, & vsuras cū sunt īcerta s̄m oēs, alias cū sit sup̄mus & vniuersalis pater pauperum magis q̄ epi, q in hmōi solēt dispēsare, vt. lxxxviii. di. c. eps. extra de or. Quia ēt habet plenitudinem ptātis in dispēsatione bonorū ecclesiasticorū, & plenam iurisditionem in terris ecclesie, forte de hmōi bonis. s. ecclesiarum, & eorum qui habitant in terris ecclesie, posset remittere debita ex furtis rapina, & vsura. ēt cū sciunt̄ psone sine eoꝝ consensu & ex aliqua causa rōnabili, Nā quotidie hoc fit vt iura

vnius ecclesie & fructus auferat, & det alteri q̄ curato
illius ecclesie cum cā, tñ vt creditur rōnabili. Et sic mul
tomagis in hmōi pōt dare dilationē, qa plus est remit
tere debitum, q̄ dilationem dare ad soluendū. ¶ Que
rit vtrum sup in certis cum epō qui est pater pauperū
possit fieri cōpositio vel transactio. Rñ. Lau. de ridul.
Sciēdum ꝙ Pau. in. de. ii. de pe. & re. hunc passum exa
minat & finaliter determinat ꝙ non, ꝑ illum tex. & ꝑ
c. licet de offi. vica. lib. vi. Vult eni ꝙ sine mādato apo
stolico id facere nequeant epi, nisi componerent de tā/
ta q̄titate q̄ta est illa ad q̄ ascendunt, & nō de minori
contrarium seruat̄, licet facta cōputatione feratur de/
mū snia taxatiua īpoꝝ icertoꝝ. Et si vera sunt que fa/
tus est Pau. qd̄ videtur de iure, nec videt̄ ꝯtraria con/
suetudo valere multoꝝ aīe illaquearent̄. Tex. tñ illi iu
dicio, meo, non probant ita clare. Vñ forte posset rñ/
deri ꝙ non est credēdū ꝙ papa qui ꝑficit epos patres
pauperꝝ īdistincte, nō cōcessisset eis in specie ꝙ ex cau
sa posset cū talibus transigere. Et isti hñt maiorē ptātē
q̄ illi quibus libera administratio concessa est. Item nō
simpliciter donant. Itē papa scit hanc consuetudinem
& diu tollerauit. Fiūt tñ taxatiōes p sniam. Hec Lau.
Forte posset dici ꝙ quo ad ecclesiam, militātē valet di
ctum Lau. & ēt quo ad deum & ecclesiam triūphantē
cum ex causa rōnabili facit cōpōnē de minori quātita
te q̄ sint in certa, puta quia residuum dimittit ei vt pau
peri, cū alias non posset viuere sine idecētia sui status
notabiliter. Sed vbi absq; hac causa eps scienter cōpo/
nat de minori quantitate notabiliter valet dictū Pau.
in foro dei. Non enim credēdum est papā fecisse epos
dispensatores bonoꝝ paupum vt possent ꝑ libito vo/
luntatis remittere vel componere super incertis, vt de
his postmodum homines pōpose viuant. Nec ipse pa/
pa posset cum bona conscientia absq; aliqua rationabi

si causa facere hmõi taxationes longe minus q̃ sit debi tum incertorum, & residuum scienter illis debitoribus dare, cũ omnia bene & plene possint restituere. Secus cum dubitatur, vtrum restituere possit debitor pro in/ certis. Nam in dubio est semper interpretandum factũ pape permaxime in bonum, vt di.xl.c.non nos, cũ glo. ¶ Papa enim & si habeat plenitudinem ptãtis, errare potest vt homo. Et intercetera sue potestatis, non au/ feret sibi conditio ista cõis hominus, quin possit pecca re mortaliter, & descendere ad inferos, & grauius ce/ teris puniendus si deliquerit vt dicitur di.xl.c.si papa. & in glo. ¶ Insuper cum restitutio certorum debeat p̃ cedere restitutionem incertorum q epi circa vsurarios pu blicos, vt licentient ad sacra ecclesie & sepulturam, pri us componant super certa quãtitate pro incertis, quã sibi solent imbursare magis quam pauperibus dare, & de certis non prudeant sufficienter vt reddantur inte/ graliter minus bene faciunt. Quinimo si non sufficerẽt bona que remanent vsurariis vel heredibus eorum, te/ nent que acceperunt pro incertis contribuere pro resti tutione certorum, alias fures sunt & latrones auferen/ tes que debẽtur certis personis. extra de vsu.c.cum tu. xiiiii.q.vi.si res. Sed consuetudo in hoc non excusat, que potius dicenda est corruptela, quia contra ius diui num. di.viii.c.que cõtra mores. xxxii.q.vii.c. flagitia.

¶ Capitulum.vii.de modo.& ordine restituẽdi.

Quantum ad septimum.s.de modo restituẽdi seu ordine. ¶ Circa q considerãda sunt tria. Primũ est q restitutio certorum, p̃ponenda est restitutioni in certorum. ¶ Sciendum igit̃ q certa omnia obligata restitutioni.i.cum sciuntur persone quibus est faciẽda prius & integraliter soluenda sunt, q̃ soluantur incerta qñ.s.scitur vel dubitat̃ bona restituentis non sufficere ad vtrunq;. Nam tunc restituenda sunt plene prius &

integraliter certa. Et hoc triplici ratione. Primo ratio/
ne successionis. Secundo ratione obligationis. Tertio
ratione similitudinis. Quantum ad primam rationem
s. successionis, aduertendum diligenter ꝙ non succedit
in paupibus ipse christus, nisi qn non reperiuntur per/
sone certe quibus restitui debent certa, vt quasi per sub
stitõnem succedere videat̃, ac si diceret testator dimitto
meos heredes tales & tales qbus debeo, vel etiã si non
debeo. Sed si eos nõ reperiri cõtingat, substituo mihi
Christum cum pauperibus suis. ⁋ Quantum ad secun
dam rationem obligationis, probat̃ hoc sic. Nam pau
peribus non tenentur heredes dare. s. pro restitutione
dictorũ incertorũ nisi vnica rõne. s. i foro dei, sed credi
toribus certis tenent̃ duplici rõne. s. in foro dei & i fo/
ro mundi, quia heredes possunt a creditoribus in iudi
cio conueniri. ⁋ Quãtum ad tertiam rationẽ. s. simili/
tudinis ꝓbat̃ idẽ a simili de voto simplici & solẽni. Nã
votum simplex non ita obligat sicut id quod est solem
ne. Nam quo ad deum simplex obligat, & solẽne quo
ad deũ & mundum. i. foꝝ mundi. Vñ simplex votum
impedit matrimonium contrahẽdum sed non dirimit
contractum. Solẽne aũt impedit contrahẽdum & cõ/
tractum dirimit, vt patet dist. xxvii. p totum. Et ratio
huius ẽ, qa in voto simplici. est vnũ vinculũ ligãs in so
lẽni duplex. ⁋ De restitutione vero certorum, sciẽdũ
est quod restitutio etiam fieri debet cum quodam or/
dine. Pro cuius declaratione sciẽdum ꝙ ẜm triplicẽ vo
luntatẽ creditoris, contingit debitorẽ habere substan/
tiam eius. Prima est violenta. Secunda est conditiona
ta. Tertia conformata. Prima reperit̃ in furto, rapina,
& similibus. Secunda in vsura. Tertia in contractibus
licitis siue iustis. Et ẜm hunc triplicẽ volũtatis gradũ,
varie prius & posterius hõ restituere obligat̃. ⁋ Cum
igit̃ prima voluntate s. violẽta debitor tenet̃, vt puta
qa abstulit

quia abstulit per furtum & rapinas, & huiusmodi violētias, talia prius restituenda sunt q̄ vsura & alia debita. Et hoc propter tria. s. propter offensionem, propter expropriationem, & propter cōpulsionē. Propter offensionem quidē. Nam maior in eis fertur iniuria, quia illa penitus sunt inuoluntaria. s. rapina, furtum, & huiusmodi. Vsura vero, aliquo modo est volūtaria. s. voluntate conditionata, propterea de sui natura minorē iniuriam in proximū sapit. Alia vero debita sine iniuria fiunt, quia sunt voluntaria, puta id quod debetur ratione emptionis facte alicuius rei, vel ratione mutui liciti & hmōi. Et ideo rapina & furtum prius restitui debent q̄ ipsa vsura, & alia debita licito modo contracta, & eadem ratione prius rapina, quia grauior in ea fit violentia & iniuria, q̄ in furto. ¶ Secundo debet seruari talis ordo propter expropriationem. Nā in rapina & furto ꝫm omnes, dominiū non transfertur, & ideo talia nunq̄ totaliter fiunt possidentium. In vsura vero dominium transferri videtur. ¶ Tertio seruandus est talis ordo propter compulsionem. Magis enim debitor compellitur & artatur a iure restituere, que extorsit per furtum & rapinam, q̄ que habuit per vsurā. Nam ad restitutionem vsure cōpellitur diuino & ecclesiastico iure, sed ad restituēdū rapinam, cōpellitur vel artatur iure diuino ecclesiastico, & ciuili. Ex quibus sequitur ꝙ debitor si nō potest insolidū restituere, quod extorsit per rapinam & furtum, & etiam quod habuit per vsuram, tenetur insolidū restituere prius quod habuit per rapinam & furtum q̄ quod habuit per vsurā, & hoc tamen ratione voluntatis concurrētis, quia in soluēte vsuram, aliquo modo uoluntas eius concurrit ad illam expoliationem vsure. Sed expoliatis per furtum seu rapinam cōtra omnem suam voluntatem expoliatur, tum etiam ratione iuris coartantis. Nā a iure

ciuili, homo cōpellitur ad restitutionem rapine & furti insolidū, etiā si non habeat ad restituendum vsuras. Et hmōi sententie est Gerar. ord. eremitarum, que videntur rationabiliter dicta, hoc excepto. s. ꝙ dnt prius restitui rapina, furtū, & vsura, q̄ alia debita modo licito contracta. Hoc enim esset offerre holocaustū de rapina. Sicut enim iniuste acciperetur ab aliquo diuite, vt daretur eleemosyna pauperi, vt dicit Aug. xiiii. q. v. c. forte, ita & iniustū videtur, vt de eo quod iuste debetur alteri, puta honesti mutui, vel emptionis, uel alicuius liciti contractus restituat aliena. Hoc enim esset rapere alienū, vt reddat alienū, & nō sunt faciēda, mala ut eueniant bona. ait Apostolus ad Ro. Ad hoc ar. xiiii. q. v. c. neq; enim. ¶ Quantum ad secundā voluntatem que dicitur conditionata, que. s. cadit in vsura, dicit Ale. lombardus, ꝙ prius tenetur quis restituere que habuit per vsuram, q̄ que habuit per alios contractus factos voluntarie. Et hmōi ratio est, quia in restitutione debitorum, solum seruatur iustitia, sed in restitutione vsure, & male ablatorum, nō solum iustitia seruatur, sed etiā iniuria deo facta & proximo amouetur. Et ideo restitutio usure preferēda est. ¶ Si tamen contrarium obseruetur, quia. s. talia iusta debita in satisfactione preponētur male ablatis aduertendū ꝙ in duplici casu hoc fieri potest. s. quādo debita sunt clare manifesta, & restitutio male ablatorū nō sic, sed obscure sic inquirēdo. Secundo quando res que debetur est determinata, puta. 50. uel. 100. & male ablata indeterminata. Nam clarū semper precedit obsurū in iure, & determinata rem indeterminatam. Sed illud communiter non obseruatur, etiam in predictos duos casus, quod etiā videtur rationabiliter fieri, quia indecēs videtur usuram debere restitui de re iuste alteri obligata. Nam per hoc non tollitur iniuria facta proximo &

deo,sed additur noua,quia alienū aufertur. Nec enim tenetur deo & proximo ratione vsure perpetrate uel alterius male ablati, nisi inquantum potest de iure.ar. extra de reg.iur. Nemo ad impossibile obligatur. Si ergo non potest restituere vsuram nisi subtrahendo ius alterius,pro tūc excusat a restitutione. Propterea hoc magis erit violentum,seu contra voluntatem eius, cui debetur aliquid ratione cōtractus iusti siue liciti.s.subtrahere suum creditum,q̄ fuerit accipere vsurā ab alio. Propterea nō uidet̃ rationabile ut de iusto obsequio, quod fecit proximo.s.ei mutuando seu expectādo precium rei vēdite, reportet incommodum & damnum, quod contingeret hoc seruando, cum qui dedit vsurā recepit iam cōmodum magnum ex mutuo sibi facto, & ideo debet sibi sufficere, vt vsurarius restituat sibi cum poterit de suo, & non alieno,quia s̃m regulā,nemo debet locupletari cum alterius iactura uel damno de reg.iur.lib.vi.& hec nisi iura communia uel municipalia aliter disponerent, quia in hmōi seruanda sunt. Nam iure humano possessiones & alia,ut ꝓpria possidentur,ut patet di.viii.c.quo iure. ¶ Quantū ad tertiam uoluntatem,que dicitur cōformata, reperitur in contractibus licitis, ubi voluntates contrahentiū conformatur insimul. ¶ In restitutione etiam taliū aliqua prius restituenda sunt.Nam prius restitui dēt quecūq; certa debita,q̄ quecunq; ad pias causas relicta atq; donata. Cuius ratio est, quia donatio & ad pias causas largitio,sunt ex super errogationis cōsilio,uel sunt forte bona incerta. Restitutio autem male ablatorū, seu aliorum debitorum certorum, sunt ex obligatione & ꝓcepto. Prius.n.restitui dēt que sunt s̃m necessitatem precepti q̄ que sunt super errogationem consilii. Huic sentētie cōcordat Archi. in.c.non sane.xiiii.q.v. Hinc etiā Ray, ait, ꝙ si creditores uel legatarii simul uene-

rant ad heredē, primo satisfaciēdum est creditoribus. Sed si ueniunt separatim, liberabitur heres soluendo per ordinem cuilibet uenienti, siue creditoribus, siue legatario, dum tamē nil in dolo uel in fraude operetur. Verūtamen si legatarii preueniant creditores, & accipiunt uel posteriores creditores, priores & potiores in iure preueniunt. Creditores postmodum uenientes heredem inquietare non dn̄t, nisi tantum de hereditate remanserit ei, vnde possit adhuc satisfacere illis, sed habēt tanq̄ potiores ius suū saluū cōtra legatarios q primo accceperunt. ¶ Similiter & creditores anteriores cōtra posteriores q acceperunt primo. Idē quoq; Vul. ait & addit q̄ si heres scit uel credit hereditatem ultra debita non extendi, siue ex contractu uel quasi, seu ex maleficio uel quasi, nihil legatariis debet dare. ¶ Si uero quantitatem debitorum nescit, debet creditoribus satisfacere primo. Et si legatarii prius uel simul cū creditoribus legata petāt, creditoribus potioribus primo soluēdum est. Si autem de hereditate nihil remanet post solutis debitis, legatariis non tenetur. Si vero hunc ordinem mutauerit heres, primo. s. soluēdo legatariis seu secūdariis creditoribus, prioribus in foro cōsciētie minime liberatur, nisi hoc facit ignoranter reputans. s. hereditatem sufficere ad omnia soluēda, uel nesciens hunc creditorem esse potiorem. His autē cōcor. Hostien. ¶ Item nota q̄ ceteris paribus seruāda est regula. Qui prior est tēpore, potior est in iure. de regu. iur. in lib. vi. Vbi autem sunt priuilegia paria. s. personarum & actionum, insimul & equaliter satisfaciendū est, nisi de aliquo illorum probetur q̄ alteri preferēdus sit ẜm legē pacti uel scripti, uel usus probati. Hec aūt notari solent. C. de bo. auc. iu. pos. l. pro debito. Cū ergo mercator uel alius frangit, uel vt vulgariter dicitur fallit, non sufficiens satisfacere creditoribus omnibus

ex integro venientibus cunctis, vt sibi satisfaciat. Hic ordo seruat̃ ẜm Bal. in.l.pro debito.C.de bo. auc.iu. pos. ¶ Primo debet satisfieri dominis rerum.ver.gra. deponentibus si deposita erant sibi facta, vt.ff.de priuile.credi.l.fi.&.l.ueteri. ¶ Secũdo satis fit mercium venditori, si extāt merces, hoc est ipse merces restituuntur tanq̃ singulariter pro p̃cio obligate. Si autem plus valerēt, id plus redditur ad commodum creditorum, ut.ff.de act. ven.l.iulianus. Si autem ipse merces non extant, sed uendite sunt, & loco earum alie subrogate, tales subrogate non redduntur loco earum, quia non sunt pro precio obligate, vt.ff.de in rem ver.l.quidā. Huiusmodi ratio assignatur, quia precium ex re illa redactum, obligatum nō erat, ergo nec etiā res, que emitur, & habetur extra eo. Idē quoq; in permutationem dicendum est, quia vbi species in obligatione est, non succedit loco alteri⁹ altera, vt no.ff.de ver.sig.l.labeo. ¶ Tertio ceteris partibus prefertur vxor, quia hypothecam habere censetur, & ideo prefertur ne dum pretendentibus personalem obligationem, sed etiā pretendētibus tacitam hypothecam, vt.l.assiduis.C.qui po. in pi. ha. non tamen preferẽ creditoribus anterioribus habentibus hypothecas expressas & tacitas. Fiscus quoq; simile habet priuilegiũ cũ muliere.C.de priuile. fisci.l.q̃uis. Et de hoc etiam habes extra de pig.c.ex literis.in glo.quoniam. ¶ Quarto post hypothecas veniunt deponentes.ſ.si hominis.§.fi. Hoc.n.priuilegiũ datur cause depositi propter frequentiam contractuũ depositorũ. Tamen sicut in.l.predicta patet, tali priuilegio non gaudent qui sub nomine depositi mutuant ad vsurā. Hypotheca autem est potior, quia pertinent ad ipsam rem.ff.de pac.l.repertum. ¶ Quinto ueniũt simplices priuilegiati.i.habentes priuilegia personalia non realia. ¶ Sexto & vltimo ueniunt chirographa-

tii pro rata, non obtenta prioritate contractuum, quia licitum est debitori pro cumulo creditorum facere deteriorem causam creditorum priorum: non habentium nec hypothecam, nec priuilegium habētium, vt. ff. de separa. l. i. §. contrario. ¶ Et ista est ratio, quia in chirographariis creditoribus nō attenditur tempus. Hoc ille. Verum vbi lex municipalis, seu statutum ciuitatis aliter disponeret, illi est standum etiam in foro consciētie, si non sit expresse contra deum, quod non de facili iudicandum est, quia nemo est arbitrandus immemor diuini timoris & sue salutis. i. q. vii. c. sancimus, nisi euidenter appareat contrarium. Vnde in aliquibus ciuitatibus ut Florentie, fallente mercatore per sindicos institutos a cōmunitate super hmōi vbi non sufficiunt bona debitoris fallentis ad plene restituendum omnibus satisfit vnicuiq; pro rata ſm facultatem bonorū illius, & non prius vni q̄ alteri, nisi aliquibus personis priuilegiatis in hoc, vt in mulieribus pro dotibus rehabendis & hmōi quibus ad plenum satisfit anteq̄ cuiq̄ alio tum. ¶ Item primo nota, ꝙ hi qui tenētur restituere, si omnino non possunt soluere vel restituere sufficit cōtritio & propositum restituendi, quando cōmode poterunt. xiiii. q. vi. c. si res. Quod verum est cum nota sit paupertas. Talis enim non debet excommunicari, ut dicitur extra de solu. c. odoardus, nec aliqua pena mulctari. extra de usu. c. cum tu. Et dicitur nota paupertas quando cedit bonis. Ideoq; tali debet consulere sacerdos, si de paupertate dubitat ꝙ cedat bonis. ¶ Nota tamen ꝙ non sufficit hec cessio (ita ꝙ non sit ei aliqua presentia iniungenda) quia nec solutio nec satisfactio plenaria sufficeret. Nam licet cessio seu solutio quo ad satisfactionem homini sufficiat, adhuc tamen non est ecclesie satisfactum. Ergo iudex ecclesiasticus seu sacerdos pro usurpatione rei aliene iniungat sibi penitētiā,

In hoc offendunt plurimi peccatores delinquētes, qui putant sufficere ꝙ satisfaciāt, nec transgressionem quā fecerunt postmodum confitentur. Hec Hosti. in sum. tit. de pe. & re. ¶ Secundo nota ꝙ si talis peruenerit post ad pinguiorem fortunā, tenetur satisfacere etiam si cesserat bonis, quia per hoc non sunt liberati. Sed talis cessio ad hoc eis prodest ne iudicati trahētur in carcere. C. qui bo. ce. po. l. qui bonis. Vbi etiam dicit gl. ꝙ cessio in hoc etiam prodest, ꝙ postea non poterunt cōueniri nisi inquantum facere possunt, & sic habetur ratione egeat. Et propterea conueniri nō debet, nisi tantum sit id quod acquisiuit, ꝙ merito uideatur debere conueniri. Hoc in glo. Sed qui habent restituere, si cōueniantur ex maleficio si non sunt soluendo, uerberādi sunt pro debito. ¶ Sed si non conueniuntur ex maleficio, non dn̄t tales uerberari, sed sufficit ꝙ cedant bonis. Archi. xiiii. q. vi. si res. Nota tertio ꝙ si his q aliena abstulit potest restituere & nō restituit, non est in statu salutis. xiiii. q. vi. c. si res. ¶ Dicit autem Ray. in sum. sua ꝙ dominus alicuius terre tenetur restituere indebite exacta a se uel a suis, directe uel indirecte glo. supra. Indirecte, vt quando denegat eis iusticiam uel non defendit eos vt debet & vt sic extorqueat aliquā. ¶ Si tali domino ex aliquibus circunstantiis appareat multum difficile uel impossibile talis restitutio, satis uidetur ꝙ possit consuli hmōi ꝙ in compensatione, uel remittat eis cōmuniter cum eorum cōsensu & libera uoluntate aliq̄ seruitutem uel annuam prestātiā in perpetuum uel ad tēpus, ita ꝙ plenissime uideatur eis satisfactum, uel etiam faciat in remissionem peccatorū illorum quibus tenetur aliquod hospitale, uel aliquod simile opus pietatis cum consensu tamen eorumdem si potest requiri, hec ibi. ¶ Quarto nota ꝙ is qui habet aliena restituere & certis personis, si potest in totū uel

in partem, sed non commode, sed cum multa sui incō/moditate, tunc componat uel conueniat cum ipso leso uel spoliato amicabiliter, de redditibus suis moderate (ita ꝙ victus sibi remaneat) assignando sibi, quousqꝫ fuerit plenarie satisfactū, uel paulatim singulis annis uel mensibus, uel aliis temporibus emendet quod potest & hoc cum voluntate illius cui debet satisfacere. Quia si nullā inueniret misericordiam apud eū, absqꝫ dilatione tenetur satisfacere, uel bonis cedere, quia talis peccator semper est in mora. Hostien. & Ray. Sed hoc melius declarabitur in vlti. §. se. ¶ Si autem predictus inueniat gratiam apud creditores suos faciētes sibi remissionem uel dilationem, tunc potest ea uti, & est in bono statu anime, si tamen habet in proposito faciendi quod debuisset, si non potuisset obtinere ipsam remissionem uel dilationē. ¶ Quinto nota ꝙ vbi essent plures creditores alicuius, & debitori petēti dilationē aliqui creditores uolūt dare, aliqui nō, sed ꝙ cedat bonis, stabitur maiori parti creditorum & intellige maiorem partem, ubi est maius & fortius debitum etiam si unus esset cui plus ꝙ̄ omnibus debeatur. ¶ Si uero par sit debitum, standum est maiori numero creditorum. ¶ Si uero sunt paria, eligenda est clemētior sententia scilicet dilatio danda. C. de ces. bo. l. fi. Ray. ¶ Nota hic ꝙ Io. an. super. c. q̄q̄. de vsu lib. vi. mouet questionē. An heres vsurarii qn̄ hereditas non sufficit oībus, debeat satisfacere primo venientibus. Fert se dixisse ꝙ non. Immo fiet eis & aliis satisfactio pro rata vnūquemqꝫ contingēte. ar. supra de testa. c. relatum in fine. ¶ Sed dicit ipse Io. an. satis videt in hoc casu haberi debere consideratio temporis, vt ille qui prius soluit vsuras, recipiat quod suum est integaliter, & sic de singulis ꝑm regulam. infra de re. iur. qui prior. cum isto cū par sit causa, vt dixi ibi & in hypotheca hoc cōside

ramus.C.qui po.in pi.ha.l.sed si fundus.Et bona vsu-tarii videntur esse hypothecata,de vsur.c.cū tu.Multi tñ doc.tenent contrarium in hoc.s.ꝙ bona vsurariorū sint hypothecata,vt Hosti.Archi.Fe.Gof.& Io.and. etiam dicit ꝙ de hac hypotheca non habemus textum expssum. ❡ Sexto nota.ꝙ vbi aliquis institutus est heres, & non sufficit hereditas ad soluendum oīa legata & debita,dicit Ray.ꝙ credit in iudicio anime,ꝙ non teneatur nisi inquantum hereditas se extendit vel suffi cit,etiam si non fecit inuentarium.Idem Io.an.&.Fe. Secus in iudicio contentioso si non fecisset inuentariū sed si fecisset,non tenet̃ nisi durante hereditate. ❡ Distinguit tñ inter legata & debita, quia debita sine diminutione debet persoluere durante.s.adhuc hereditate. ❡ De legatis vero si tot sunt ꝙ non remaneat legitima potest detrahere suam legitimam & iterū quartam ẜm quosdam,si fuit institutus heres. ❡ Et nota ꝙ heres potest deducere ante omnia expensas funeris, & alias necessarias quas fecit causa hereditatis,vt in testamento & huiusmodi. ❡ Expensas tñ quas fecisset superfluas ad honorem & pompam mundi, non posset cum tuta conscientia trahere de ere alieno, sed facere intelligeretur de suo,Pet.de palu.in.iiii. ❡ Si aūt sunt plures heredes ad debita vel legata,regulariter tenetur quilibet ꝓ hereditaria parte.C.de here.ar. ❡ Excipiūtur quinq; casus ẜm ipsum Ray.Primus est si aliquod opus indiuiduum est in obligatione faciendi vel nō faciendi,tunc enim quilibet tenetur insolidum.ff.de ver. ob.in executionibus.§.ii.Glo.ponit hoc exemplū, vt si testator promisit se aliquod opus facturum,vel promisit per se vel heredem suum non fieri quo minus per fundum suū tibi ire liceat, ad hoc quilibet heredū erit insolidum obligatus. ❡ Secundus casus est,si res que debet restitui ab vno isolidum possideatur,C.de acqui.

vel here. vē. l. iii. §. nemo. ¶ Tertius est in alimentis legatis q̄ pro voluntate defuncti vel iudicis, vel ab vno insolidū, vel a pluribus pro partibus designatis petuntur. ff. de ali. le. l. iii. ¶ Quartus est, si testator ab vno, heredum legauerit creditori hereditario animo cōpensandi. Tunc enim heres ille vsq ad quantitatem legati onus illius debiti sustinebit. ff. de leg. ii. cum ab vno. ¶ Quinto est in expensis vxoris, que nō tamen astrinxit heres pro hereditariis portionibus, sed etiam virū proportione que peruenit ad eum de dote vxoris sue, puta si ad eū peruenerit. 100. & i hereditate sint. 200. ipse vir tenebit̄ pro tertia parte, & heredes p duabus partibus. ff. de reli. & summe. fa. l. quotiens. & l. veluti. Hec omnia Host. ¶ Q̄ñ debeat fieri restitutio vxore concipiente filium per adulterium, quem vir reputat suum de his q̄ cōsumit ipse filius spurius de bonis p̄ris putatiui, & de hereditate tota vel parte ad eum peruenientе. ¶ Primo vidēdū est de ipsa vxore adulta q̄ño teneat̄ ad quid. ¶ Secundo de ipso filio spurio, si tenetur & quomodo. ¶ Tertio vero de ipso patre qui ex adulterio talem filium hūit, quomodo & ad quantum tenetur. ¶ Similis casus videtur qui ponitur. extra de pe. & re. c. officii. §. de muliere supponente sibi alienum partum quem vir eius reputans suum nutrit & heredē instituit. ¶ Vnde idem videtur dicendum quantū ad restitutionē de ipsa muliere, & filio supposito, & huic fraudi dantibus operam efficacem, & de muliere adultera. Querit primo si debeat reuelare marito. Ad hoc dicendum q̄ aliquando, non aliquando sic. Nam ubi immineat aliquod horū periculorum, non debet reuelare marito. Primum periculum est infamie. s. mulieris, q̄a hec taliter reuelando, cū esset antea bone fame seipsam pessime ac turpissime diffamaret, quod q̄dē magnū piculū est mulieri. ¶ Nam quod Prouer. 22. scriptum

spurius an patri sit reuelandus

est,melius est bonū nomē q̄ diuitie multe, licet intelli/gatur de viris,tñ turpibus & periculosius in honestis infamie mulieribus ingerit notam. ¶Secūdū est,periculū scādali.s.viri,consanguineorum & amicorū eius, si illis hoc innotesceret malum,nā non solū apud se turbarent ex eo,sed vix ex tunc possent cū ea amicitiā & pacem ac concordē societatē habere, immo forte eam maritus dimitteret,& ideo non valentes forsitan cōtinere,vterq; adulteriū perpetraret,& sic innumerabilia & irrecuperabilia inter eos orirentur mala. ¶Tertiū ē piculū mortis.s.& vxoris & sue spurie ꝑlis atq; adulteri sui. ¶Nam probaliter,timere posset ꝙ eius maritus seu quicunq; alius,dum occidere aliū quereret,necaretur ꝰm Sco.in.iiii.Concurrentibus p̄dictibus periculis qui videntur valde probabilia, & in pluribus euenientia,non debet talis mulier suo coniugi reuelare,& propter bonum incertum restituendi hereditatē talibus periculis se exponere manifeste. ¶Quartū propter piculū improbabilitatis. Nā nec vir nec filius nec etiā publicus iudex,hoc mulieri reuelanti credere obligantur,nisi ꝓbet dicta sua ꝑ infallibilia signa, aut per violētas ꝓbationes,siue per testes idoneos. Nā ex solo eiꝰ dicto nō p̄t exheredare talē filiū maxime in terris in q̄bus primogenita ex cōsuetudine in toto vel in parte succedūt. Insup ꝰm Sco.in talibus terris si pater crederet vxori sue in hoc tñ nō posset a spurio auferre hereditatem,nisi in publico foro cum ꝓbaret talē. Et tūc oporteret mulierē nō tm̄ apud maritū.sed apud totā patriam diffamari,& isto p̄supposito.s.ꝙ non debeat reuelare,rōne malorum grauiorū exinde contingētiū. ¶Quō debeat talis mulier satisfacere.dicit ista. Vbi tñ non immineret aliū periculū vel malum nisi infamie ipsi adultere,vel mortis sue videt̄ ꝙ si premoriat̄ viro suo,debeat añ mortē ordinare cū cōfessore suo vel alia

persona matura, ꝙ si moriatur, postea reuelet ex parte sua viro qñ. s. ex hoc põt obuiari ne putatiuus filius habeat hereditatẽ totã vel partẽ. ¶ Aliqñ vero hoc marito vel aliis personis extra confessionem tenet̃ mulier reuelare, videlicet si hec tria concurrunt simul. Primo si apud maritũ & alios super hoc fortis & grauis suspitio impressa esset & occasio suspicãdi totaliter. Secundo si ex certis & sufficientibus causis, põt & debet vehemẽter & valde ꝓbabiliter credi, ꝙ nihil de primis periculis supradictis hic subsequeret̃ aut cresceret, se potius minueret̃. Tertio si firmiter presumatur, ꝙ filius bonis mariti volũtarie cedet. Sed si paruulus est filius cessat ista rõ, qa mittere põt illum maritus ad hospitale, cũ non teneat̃ alere alienos nisi in extrema necessitate, cũ alii desunt q ꝓuideant. His aũt tribus cõcurrẽtibus reuelari deberet & posset. Sed vix ista concurrunt & rarissime p̃sumẽdũ est ꝙ concurrant. ¶ Insuper dici posset ſm Guil. ꝙ etiam reuelare posset, si nõ timeret maritum vel aliud immineret periculum. Sunt qdam vtiq; viri scienter vxoꝝ adulterium sustinentes, vel ẽt consentientes, immo qñq; vxores suas ad hoc portantes, vel quia ꝓprios filios non pñt habere, vel alia quacunq; pudẽda occasione. Facta etiam hac notificatione anq̃ vir eius ꝓ educatione talis filii expendat, videtur deobligari a restõne aliqua fiẽda, quia fecit quod in se fuit, vt damnũ euitaret viri, expẽsarũ in educãdo & hereditationis quo ad alios. argu. extra de iniur. & dã. da. ca. si culpa. Nec tñ debet manifestare aldulteriũ ꝑpter periculum persone, & in infamie detrimentum, & odiũ ad eũ euitandũ. Et sic ante manifestationem iam aliqua cõsumpsisset hmõi putatiuus fili⁹, tenebit̃ ipsa mater ĩquantũ potest satisfacere, si aliquid vt suũ possidet. Et si magnus existẽs, qñ hoc notificat̃ nollet ipse fili⁹ credere hoc, nec credere bonis putaui pr̃is pe-

tēs saltē legitimā q̄ sine causis exp̄ssis a iure auferri non debet vt legitimus filius, nec cōtrariū potest probari te nebitur nihilominus ipsa mulier heredibus de portio/ne illa ablata sibi, de eo tñ ꝙ potest & non plus. extra de reg. iu. lib. vi. c. nemo. & hoc qa fuit in mora ad noti ficādū, qñ potuit ꝓuideri. ¶ Sed nunquid mulier ta/lis debet reuelare crimen suum filio suo spurio, & in/ducere eum ad dimittendū hereditatem vero heredi? Ad hoc dicēdum ꝭm Sco. vbi supra ꝙ aut filius crede ret matri, aut nō. Si aūt crederet, non aūt ꝓbabile est, ꝙ ꝑpter dictū dimitteret hereditatē. Nā paucos reperi re contingit ꝙ ita perfecti sint, ꝙ ꝑpter conseruandā iusticiā in foro de dimittāt magnas possessiones, quas retinere pñt iure exteriori, & vellent spurii reputari. Nec hic mater p̄sumere pōt nisi antea multū fuisset ex/perta de bona voluntate filii sui. Non ergo debet se ex ponere piculo certo diffamationis apud filiū, ꝑpter in certā correctionem illius. Si vero non crederet, tunc se queret inde duplex malum. Primū, quia ipsa diffama/ret. Secundum qui ab illo sicut ante hereditas possiide retur. ¶ Si quis autem instet ꝙ tali filio debeat reue/lari, ne. s. ignoranter forti copularetur per matrimonia le cōiugiū sue sorori, aut alteri sue ꝓpinque, seu aliqua alia faceret, que a iure spuriis ꝓhibita sunt, dicendū ꝙ talis ignorātia, dū perseuerat oīno excusat, cū sit igno rantia facti. Si qñ tñ factū veniret ad lucem tale matri moniū dirimendū esset. Si Vero querat an dato ꝙ ta/lis filius ex verbis matris se spuriū credat teneat redde re bona q̄ habuit a marito matris, ceteris filiis atq; he/redibus aliis p̄dicti mariti, dicendū ꝙ si hoc indubitā ter credit, & rōnem illud credendi habet, tenet ꝭm deū non tñ hūano iur. Si tñ non habet sufficientē causam & rōnē credēdi illud, tunc reddere non tenet, ex quo per se vel per alterū sibi claret ꝙ non habet sufficientē

causam, seu condignã rõnem credendi. ¶ Sunt aũt inter cetera quatuor signa, que reddunt suspectã talẽ matrẽ, ita ꝙ ei de facili non debet credi. Primum est amor: i. si ꝑdiligit aliam ꝓlem viri sui. Secundum est odium videlicet si ꝑsumit̃ ipsum vel vxorem odire. Tertium est stulticia, quia mulier fatua & leuis, ꝑtinacis est sensus. Quartũ est incertitudo, cum non constet ipsam esse vel fuisse certã, ꝙ hunc concepit de adulterio, nõ de viro. Non enim hoc põt oĩ adultere esse certũ ¶ Sed quod remedium tali mulieri debet adhiberi? Dicit ꝙ ei (ẽm Sco. vbi supra) triplex immedium dari põt. Primũ est, ꝙ inducat filium intrare religionem, & tñ talẽ ꝙ possit professionem suã seruare, ne. s. incidat in syllã volens vitare caribdim. Secundum est, ꝙ clericus fiat, vñ valeat tñ ẽm deum ecclesiastica beneficia acceptare & his quasi sufficientibus merito iam cõtentus, dimittat hereditatem alteri fratri laico in seculo remanenti. Si tñ per nullam persuasionem honestam cor talis filii mater flectere, põt vt hereditatem dimittat, non videtur ꝙ debeat se prodere illi, cum certa nõ sit ꝙ talis ab ea, impersuasibilis in aliis tam licitis & honestis, flecteret̃ ex illo, immo forte tenacius retineret, ne spurius putaret̃, cum talẽ notã multi caueant malenati. ¶ Tunc demum tertium remedium addendum est. s. ꝙ saluo iure humano & absꝙ infamia sua põt, & debet de sua dote cum eã habebit in ꝑtãte, vel de paraphrenalibus si habet, & ceteris bonis & laboribus & sudoribus suis, indẽnem facere virũ & legitimã eius ꝓlem. Obligat̃. n. satisfacere, viro de consumptis ab illegitimo filio. Sed talis filius non tenet̃ satisfacere que cõsumpsit quãdiu bone fidei fuit. De hereditate aũt, mulier obligat̃ heredibus viri ab intestato, vel heredibus scriptis, vel q̃bus verisimiliter credit̃ ꝙ reliqsset hereditatẽ. Quod si nescit̃, debet paupibus erogari. Tenet̃, inq̃, ẽm correspõ

dētiā iustitie. Nō.n. dico ꝙ teneaꝛ ad restituēdū equa/
lētis hereditati, qa vt supꝰ dcm̄ est plurimū qdē differt
īter hēre & ꝑpe esse. Sed qa iste legitimus heres nunq̄
habuit hereditatē licet ẜm iustitiam fuerit ꝑpe, ꝑpte/
rea minus q̄ equalēs hereditati, sufficit sibi ꝑ heredita
te fiēda. Illud aūt minus, determineꝛ ẜm arbitriū boni
viri. Quod si nec hoc fieri pōt, ꝑ tūc non obligaꝛ. Te/
nebiꝛ tn̄ cū peruenerit ad pinguiorē fortunā. extra de
soluti. c. odoardus. Si vero talis mulier nunq̄ hēt vnde
possit restituere, tunc ex īpotentia excusaꝛ, si habeat sa/
tisfaciendi propositū. xiiii. q. vi. si res. De adultero aūt
cuius est filius, dicendū videtur. si scit vel credit verisi/
militer illū esse suū, vbi mater sua satisfacere nō valeat
videꝛ ꝙ teneaꝛ de expensis patri putatiuo, qa causam
efficacem dedit tali damno. extra de iniu. & dā. da. c. si
culpa, ẜm tn̄ po\~ſitatē suā. Et si mitteret ipsa adultera
ad hospitale, vel qa finxit mortuum peperisse, vel quia
notificauit sine suo periculo non esse filiū suum, tenebi
tur hospitali de nutrimento & aliis expen̄. nisi notabi
lis paupertas excuset eam, cum de iure naturali ad hoc
teneaꝛ. di. i. c. ius naturale, & hospitalia ꝑpter paupe/
res nutriēdos sint facta, nō ꝑpter diuites. Sed & de he
reditate vel dote si dotareꝛ a patre putatiuo, teneri vi
deꝛ ad arbitrium boni viri attēta sua facultate, que tn̄
satisfactio occulte fieri debet cū sine periculo manife/
stari nō posiit. ar. ii. q. i. c. si peccauerit. Si autem dubi/
tat adulter ex eo ꝙ mulier leuis est. & cū aliis adultera
tur, vel etiā quia ipsa adultera dubitat vtrū sit eius vel
mariti, relīquaꝛ iudicio dei cui omnia nuda sunt & ap
ta, & grauari nō videꝛ de restōne. De hmōi materia. s.
de muliere concipiente per adulteriū, vide diffuse in
sum. Hosti. de pen. & remis. §. qbus & equaliter. ver.
Quid de muli. Itē Sco. in. iiii. dist. xv. ar. iiii. ad argu/
menta, Indecēs est enī vt in re dubia certa deꝛ snīa. ait

Greg.dis.xxxiii.habuisse.In nullo tñ casu ad obuiãdũ hmõi periculis vel malis,debet adultera vel adulter q̃rere aborsũ vel mortem paruulii.xxii.q.ii.c.faciant.

¶ Capitulum.viii.quando debeat fieri restõ.

Quantum ad octauũ,scilicet qñ debet fieri restõ. dicit Tho.ſa ſe.q.lxii.ꝙ statim,quia sicut accipere rem alienã est contra iustitiã,ita & detinere eã,qa per hoc ꝙ aliquis detinet rem alienã inuito dño, impedit eũ ab vsu rei sue & sic facit ei iniuriã. Manifestũ est aũt ꝙ nec ꝑ modicũ tp̃s licet alicui in pc̃tõ morari,sed qlibet teneť statim pc̃m̃ dimittere vel deserere. Vñ dicitur.Quasi a facie colubri fuge pc̃m̃.Et ideo quilibet teneť statim restituere vel dilationẽ petere ab eo q põt vsum rei cõcedere.Et si qdẽ teneanť de incertis(cũ illud esset errogãdũ in pias causas cum cõsilio ecclesie. si hmõi persone hñtes restituere remaneãt,ita paupes cũ filiis & familia ꝙ nõ habeãt vñ viuat)fiat dicis Ray. vt dixi in casu sili.supra ĩ ti.de decimis.Ibi ãt sic dicit.

¶ Siquis retinuit decimas longo tẽpore,& nũc venit ad satisfactionem, & postulat intuitu dei & ecclesie (& maxime qa habet paruã substãtiã)sibi remitti ꝙ accepit tẽpore p̃terito(cũ aliter oporteret cum sua familia medicare)q̃uis ecclesia oẽs decimas posset petere si viderit istũ contritũ & p̃ces eius initi veritati,debet ei tãq̃ pauperi dimittere vñ viuat.cum hoc esset ei datura postea.xvi.q.i.c.qm̃.Hoc Ray.Quod in eligẽdũ videť,vbi danť decime de more, ꝑut est de iure cõmuni.Nã secus,vbi de more non danť,vel valde diminute,videẽť excusari.De hoc tñ plene habes ĩ.ii.parte sũ. ti.iiii.c.iii.Et dicit ibi gl.Vul.ꝙ illi qui resignãt in manu pniarii qui hoc non facerent nisi pniarii restituerẽt eis pro parte vel ꝑ toto(qñ nescit cui fiẽda est restõ) ꝙ non credit eos esse in statu salutis. Dicit etiã paulo post,ꝙ non est necesse,ꝙ fiat hmõi restõ in manu penitẽtiarii

penitentiarii, dummodo tamen si paratus ad arbitriū eius uel alterius boni viri, satisfacere. Dicit etiam ꝙ in hoc casu, eṗs qui est dispensator pauperum potest dilationem dare vel partem dimittere, uel etiam totum, si viderit ei expedire ad necessariā sustentationem illius tanꝗ alicuius alterius pauperis, ita tamen ꝙ quantum vtilius potest, gerat negocium illius, cui faciēda est restitutio, si persona eius esset nota, uidelicet exponēdo illa que erant restituēda in vsus tales, qui magis ei possent proficere quo ad deum. Hec ibi. Guil. super Ray. li.ii.c. de raptoribus. ¶ Si tenetur certis personis que nolunt dare dilationem debet ad petitionem ipsorum absq; dilatione satisfacere uel cedere bonis, quia fur & raptor semper sunt in mora, & ideo semper augēt peccatum. ff. de condi. fur. l. in re furtiua. vbi lesi egēt & fame pereunt, ne interueniēte paululum mora, inueniri non valeant qui redimantur di.v.c. baptizari. Semper enim est uitanda mora vbi est periculum, dist. xxviii. c. de syracusane. Et hoc etiā si oportet ipsum mendicare. Vnde non dico habito respectu ne egeat. ¶ Nam contra hoc notatur extra de vsur. cum tu. Tamē Vul. addit. sine culpa potest accipere vite necessaria. s. extreme. Ray. moderate sibi vita retēta quousq; plene sibi satisfaciat. ¶ Hostien. uero sic dicit. Sed quid si non immineat tale periculū necessitatis, & his qui tenetur restituére non potest induci ad restitutionem statim faciendam, puto ꝙ discretus sacerdos potest conscientiā suam iformare, ex eo ꝙ intēdit utiliter gerere negociū creditoris. Nam si videt ꝙ aliter non potest recuperare in perpetuum, uel non ita cito, uel ita commode, potest (recepto iuramento uel alia sufficienti cautione si habere potest) dilationem concedere, & sub hac conditione si hoc adimpleuerit infra talem diem peccatorē absoluere, vt sic creditor quod ei debetur recuperet, &

peccator non recedat a presbytero desperatus. Hec il/
le. Sed ꝙ in fine huius. §. s. ꝙ absoluat sub conditione,
contrarium asserit Vul. dicens, ꝙ absolutio a peccatis
nunꝙ̄ debet fieri sub conditione, & ideo potest dici, ꝙ
absoluat simpliciter si est absoluendus; sed declaret ꝙ
nõ valebit absolutio, nisi adimpleat promissum. Vul.
¶ Archi. vero super. c. si res. xiiii. q. vi. querit, vtrū ha/
benti restituere, debeat haberi respectus ne egeat. Et
dicit, videtur ꝙ sic. ff. de iniur. l. incõdẽnati. ff. de cessi.
bo. l. his qui. Et sic notat per. B. extra de solu. c. odoar/
dus. Et facit ad hoc quod habetur. xvi. q. vii. quicũꝗ.
Sed Innocen. per notata in. c. cum tu. extra de vsur. se/
cus credit ꝓm canones, vbi ibi not. Ale. B. & Hostien.
ꝙ insolidum tenẽtur detentiores vsurarum, & non so
lum inquantum facere possunt. Qui Hosti. in sum. di/
cit, ꝙ qui habent restituere, paulatim singulis mẽsibus
soluant creditoribus, si aliter non possunt sine magno
sui detrimento, prout poterunt vel componãt se cũ ex
poliatis. Q d̄ si nullam possunt inuenire misericordiam
apud eos, absq; dilatione tunc tenetur satisfacere, vel
bonis cedere, quia peccator semper est in mora. ff. de cõ
di. fur. l. in re furtiua. extra de simo. c. cum in ecclesie.
Multi tenent dictum precedens tanꝙ̄ equum. s. ꝙ tenẽ
tur soluere quantum possunt retenta sibi vita cõmoda
ar. de cõ. dist. v. c. discipulos. extra de fur. c. si quis. Sed
Archi. contra super verbo reddere eiusdem. c. Et ibi di
cit ꝙ statim debet reddere totum quod potest, allegãs
Tho. secunda secũde. q. lxii. qui dicit. ꝙ statim est fien
da restitutio. Dictum tamen Tho. potest dici, nõ esse
contra, si sane intelligatur, vt infra dicetur. ¶ Sed in
quadam summa dicitur, ꝙ qui habẽt restituere vsuras
& male ablata, & proponunt firmiter reddere, & non
possunt statim (quia nolunt cum familia egere uel mẽ/
dicare, & tamẽ incipiunt iuxta posse satisfacere) vtrũ

tales possint absolui & cõmunicare. R. ñ. aut sciunt per sonas certas aut non. Si sciunt ipsi habentes male abla ta, & ipsi etiam quibus debentur huiusmodi volunt. tutum est, q de conscientia eorum stent ad terminum & volũtatem. Si vero tales nesciunt damna sibi data, & reuelatio posset esse periculosa illis qui volunt resti tuere, tunc non est reuelandum illis, sed presumendum q confessor causam illorum vtiliter agat, & confitens itẽdat & pmittat satisfacere q̃ cito potest (quia hoc habet locum ratihabitio de bono & equo) & tunc cõ fitẽs absolui & communicare potest, quia est in via sa lutis. Si vero omnino nesciantur persone quibus est re stitutio fiẽda, tunc est libere in potestate prelati vel di screti confessoris dare & constituere terminum confitẽ ti, sicut viderit necessitatem & contritionem eius, & voluntatem promptam restituendi, & infra istum ter minum, talis potest absolui & communicari. Item, vbi maior est contritio, ibi maior misericordia & venia est fienda & remissio. Et quia totus mundus fere & inuo lutus in rapinis, sic pro posse tuo curre per mediũ, ne nimia securitas, uel remissio, perire faciat quos discreta equitas poterat reuocare. Item semper iniuriãs, & spo lians, uel complices eorum, debent humiliter postulare veniã ab eis quos offenderunt, ne illi remaneant in ran core & mala uoluntate. ¶ Quid autem debeat facere vxor & familia raptoris & vsurarii & huiusmodi, qui non habent nisi de obligatis restitutioni, habes in secũ da parte sum. titu. i. c. xii. in fi. ¶ Nota q Ray. & Ho stien. circa istam materiã restitutionis dicunt. Hoc no tent sacerdotes & retineant, q sm q maior uel minor fuerit fraus uel dolus uel violẽtia maior uel minor, de bet esse discretio iudicantis, & sm hoc in vsuris que fiunt in depositis, ut dictum est in secũda parte sum. ti tu. i. c. de vsura, que omnino sunt restituende. Tamen

quia minor est ibi violentia q̄ in ceteris, poterit confes/ sor etiam cū scitur persona cui fienda est restitutio, ma gis moderare tempus restituendi. retenta sibi uita cō/ moda & familie sue. ¶ Quidam circa materiam istam dicunt & meo iudicio satis rationabiliter, ꝙ in certis casibus non tenetur quis ad statim restituēdum actua/ liter, etiam si habet modum aliqualem ad restituēdum & ab eo cui tenetur inuenire non posit, nec dilationē, nec remissionem, sed subitam uelit fieri sibi restitutio/ nem, quādo. uidelicet ex restitutione statim vel statim restituendo, sequeretur inde euidēs uel probabile dam num spirituale uel temporale notabile ipsius restituen tis, uel aliorum quod preponderaret damno eius qui debet habere ex carentia illius rei. ¶ Potest autem ta/ le damnum esse triplex. s. periculū mortis, infamie gra/ uis, seu scandalum notabile, uel damnum & periculum probabile mortalis culpe. Ratio autem huiusmodi est ꝙ. s. talis restitutio posit differri, quia ſm Sco. in. iiii. di. xv. ar. iiii. creditor. i. qui debet habere, magis debet velle in huiusmodi casibus vt maximum incommodū seu damnum eius qui habet restituere euitetur in mo/ dica restitutionis dilatione, q̄ suum modicum incōmo dum vel damnum, ex carētia ad tempus sue rei. ¶ Et si obiiciatur ꝙ restituere est actus negatiui precepti, quia reducitur seu explicatur per hoc quod est, non re/ tinere alienū, sed preceptū negatiuū obligat semper & ad semper. Respōdetur ſm Sco. vbi supra ꝙ alienum iniuste & inuito dn̄o retinere simpliciter prohibetur, propterea semper & ad semper isto modo necesse est sa luti alienum non retinere. Sed quando quis habet vo/ luntatem & propositum restituendi alienum pro tem/ pore opportuno, ex tunc tenetur domino rei volēte. i. velle debente. Vult autem hoc dominus rei. & si non actu elicite, tamen actu debito & honesto, quia velle

debet dominus q̄ qui suum habet, retineat quousq̄ potuerit opportune reddere. Et si dicas dominus rei hoc agit inuite, quia non vult q̄ per quantuncunq̄ tēpus suum retineatur. Dicendum s̄m Sco. vbi supra q̄ domino etiam inordinate volēte statim re habere suā, & per consequens contra rectam rationē nolente proximum retinere suum, tunc tenens non est detentor iniustus. Nam & depositum debet redditione strictissima reddi, cum repetitur, vt. C. depositi. l. fi. tamen inuito domino, voluntate inordinata cum repetit, vt cum eo malū faciat sibi vel altero, potest retineri. Et Augu. dicit q̄ multa bona praestantur inuitis, dum eorum potius vtilitati q̄ voluntati consulitur, dist. lv. q. c. & qui emendat, & exemplum ponit. xxiii. q. iiii. c. ipsa pietas de eo. s. qui contra voluntatem suam extrahitur de domo ruitura quod laudabiliter fit. ¶ Est ergo vnus casus cū imminet ex huiusmodi restitutione subdita periculum damni incomparabiliter preualentis damno quod inde habet creditor ex carentia rei sue, puta cum ipse creditor impugnaret bonum commune, & habendo illam rem seu pecuniam quam quis de suo retinet, magis posset impugnare & preualere contra bonum commune. Nam tunc s̄m Ricar. in. iiii. distin. xv. arti. iiii. q. iii. ad tertium argumentum non tenetur illud restituere illi, sed fideliter reseruare vt restituat sibi vel heredibus suis, quando hoc fieri poterit sine preiudicio boni communis, vel deposita re illud ordinando & prouidēdo q̄ tempore suo restituatur. Idem videtur dicendum, cum quis male vteretur re sua rehabita, puta gladio ad occidendum se vel alium uel huiusmodi. ¶ Idem uidetur dicendum, cum ex subita restitutione, ille qui restitueret rem ablatam per furtum vel aliud vitium, detegeretur & inde infamaretur, cum fama sit quid notabilius substantia temporali. Vnde gra

ulus reputatur peccatum detractionis, q̄ furti ceteris paribus fm Tho. secunda secūde. q. lxxiii. ar. iii. & vi. q. i. c. deteriores. Cum ergo quilibet debeat prouidere conseruationi fame sue. arti. xii. q. i. c. nolo. potest talis differre restitutionem vsq; ad tempus quo non deprehēdatur in crimine & infametur, si aliter prouideri nō potest. Idem dicendum est cum id quod debet restitui non possit restitui nisi faciendo magnas expensas admittendū sibi, quia in remotis est creditor. Tunc enim quid agendum, habes hic supra etiam in eo. trac. c. iii. Et idem dicēdum quādo mulier habet filium per adulterium nesciente viro, uel supposuit sibi alienum partum, qui nutritur de bonis viri, uel etiam heres dimittitur vt proprius filius, cū teneatur mater talis, de omnibus bonis que percipit filius ille. s. putatiui patris. Non tamen debet reuelare factum, quando ex hoc sequeretur uel sequi probabiliter posset mors sua uel prolis talis, uel etiam notabilis infamia seu alia grauia scādala fm Ray. l. ii. c. de raptoribus, & Ioan. neapo. in quolibet, de quo habes hic supra plene eo. ibi uide. ¶ Alius casus est quando ex huiusmodi restitutione subita posset sequi mors spiritualis seu peccatum mortale probabiliter in restituente uel familia eius, puta restituendo que habet aliena, ad tantam venit paupertatem vel miseriam q̄ non potest viuere, vel prouidere filiis suis de victu & vestitu, & cum sint alicuius nobilis conditionis mendicare nimis erubescunt, ab amicis ad sufficientiam non inueniunt, laborare nesciunt uel non possunt, quia paruuli vel infirmi, & sic restituendo exponitur periculo ipse cum familia sua furandi uel prostituendi alias, uel desperationis, vbi retinendo quod habet alienum cum ipso & industria sua prouidet & parce sibi & familie sue & disponitur ad satisfaciendū paulatim. ¶ Hoc sentire videtur Sco. in. iiii. vbi su-

pta Hen. in quolibet. vi. q. xxiiii. Et idem videtur di-
cendum cum quis habet instrumenta artis sue, vnde ex
labore suo gubernat se & suos, & vendēdo vel traden-
do ea vt restituat suis creditoribus non poterit labora-
re & inde lucrari, puta libros quo ad iurisperitos &
medicos, feramēta quo ad artifices. Laborando autem
cum predictis, vltra sustentationem suam, poterit in
futurum paulatim satisfacere. Nec credo esse cōtra hoc
quod dicit Tho. secunda secūde. q. lxii. s. quod statim
restituendum est alienum simpliciter. ¶ Non enim ita
amare verba accipienda sunt dicit lex, sed ciuiliter. Et
in sacra scriptura statim dicitur fieri, quod in prolixo
tempore, vt patet Malachi. iii. statim veniet ad tem-
plum &c. & precipue cum ex causa ita vrgenti differ-
tur vt dictum est. Potest etiam multipliciter capi in iu-
re, & non solum pro potentia facti, sed iuris & com-
moditatis, vt patet. xxii. q. ii. c. faciat in glo. Hec ta-
men non sunt predicanda ne pateret uia detentioni
alienorum ad quod nimis persone sunt inclinate, sed
cum magna discretione in confessione & consiliis tra-
ctanda, & cum multis circunstantiis considerāda que
honestēt factum. Ad hoc etiam facit quod dicit Ioan.
neapo. in quolibeto. ix. q. xxii. & Ricar. in. iiii. & Pet.
de palu. ¶ Item potenti restituere male ablata statim,
vtrum sufficiat relinquere in testamēto uel instrumēto
ꝙ heredes restituant. Respondet ad hoc Ioan. neapo.
in. ix. quolibet. q. xxii. ꝙ hoc sufficit in duobus casi-
bus tantum. ¶ Primus est quando habens male abla-
ta, credit uere & pro certo, uel quasi pro certo, ꝙ ta-
lis retentio non sit contra voluntatem domini. Tales
enim retentio nō est iniuriosa vel iniusta. Nullus enim
patitur iniustitiam volens, vt dicitur. 5. ethicorum.
¶ Secundus casus est quando talis retentio rei aliene
est contra voluntatem domini, sed inordinatam, pu-

ta cum nō redditur gladius furioso cum repetit ipsum in furia. Hoc enim iuste fit, vt. xii. q. ii. c. ne quis. Et similiter hoc est quando vult rem suā statim habere, quā retinens non pōt dare sine notabili damno suo, & ecōtra ille cuius est, pōt sine damno & incommodo carere ad tempus. Extra istos casus non sufficit ad salutem, nisi statim restituat. Ratio est quia de necessitate salutis est vitare pctm̄ mortale, sed nō solum auferre alienum sed etiam detentio rei aliene extra predictos casus est mortale, quia contra iustitiam cum faciat iniuriam proximo. Et hoc cum pōt restituere. Vnde non sufficit ad salutem tali relinquere in instrumento, vel per testamētum ꝙ heredes restituant, sed de necessitate salutis est statim restituere si potest. Sed si ille cuius est res vel cui obligatur nō potest illa re carere sine incommodo suo etiam ad tempus, oportet ꝙ restituat etiam cū magno incōmodo suo, nec sufficeret dimittere per testamētū. ¶ Tertius casus excusans a restōne subita est, cum ex hoc immineret periculum mortis corporalis. ¶ Et nota ẜm Ricar. in. iiii. dis. xv. ꝙ si ille qui damnum itulit habet aliquid vltra necessitatem sustentationis nature (quis sibi necessarium ad victum ẜm decentiam sue psone) restituere tenetur. ¶ Non enim licitum est de alieno viuere cum seculari honore. Si autem non habet nisi necessaria ad sustentationem nature, tunc subdistinguendum est, quia aut iste qui est passus damnum non indiget ad sustentationem nature, eo ꝙ ab eo ablatum ē, & tūc ille qui abstulit potest retinere, & restiuere nō tenetur qa ex iure nature, licitus est vnicuiqꝫ vsus possessionis necessarie a sustentatione nature. Extrema enī necessitas facit omnia cōia. ff. ad legem rhodiam de iactu. l. ii. §. i. cum in eadem in tex. & glo. Aut idiget ad sustentationem nature eo ꝙ ablatum est, & tūc subdistīguo, quia aut primus. i. dn̄s ipsius rei indiget ista re ad

sustentationem sue nature, prius q̄ fuit necessaria ad su stentationem nature illius qui abstulit, aut eodem tem pore vterq; indigens factus est ista re ad sustentationē sue nature, aut q abstulit iste factus est idigēs re ista ad sustentationem sue nature, prius q̄ iste a quo ablata est. Primo modo & secūdo pōt dici sine preiudicio, q; iste qui abstulit rem istam teneatur restituere illi a quo ab/stulit, quia nunquam fuit res illius qui eam abstulit, sed semper remansit istius de iure. ¶ Postquam enim sum in statu in quo res mea necessaria est mihi ad sustētatio nem nature, non potest fieri alterius me contradicen/te. Si tertio modo, tunc ille qui abstulit restituere non tenetur, quia ab isto tempore quo facta est necessaria sibi ad sustentationem nature (cum tunc illi a quo abla ta est non esset necessaria) acquisitum fuit ius in illa re illi qui abstulit. Et ideo q̄uis damnum passus, veniat postea ad statum in quo res sibi ablata, esset sibi neces/saria ad sustentionem nature, non propter hoc hēt ma ius ius in ista re q̄ iste qui eam abstulit, nisi iste qui eam abstulit deuenisset ad statum in quo amplius res ista non esset sibi necessaria ad sustentationē nature. ¶ Idē Pe. de pal. in. iiii. & Sco. in. iiii. dis. xv. ar. iiii. ad argu/menta. Ex predictis horum patet, q; tales qui hn̄t resti tuere, & si retineant sibi quodāmodo necessaria ad su/stentationem sui & familie, ad vitandum multa pe/ricula anime & corporis que verisimiliter seq possent bonis suis cedendo & omnibus se expoliando pro re/stitutione fienda (quod forte tutius esset restituere & in deo confidere etiam si oportet mēdicare ſm Ray.) ad hoc non videntur teneri de necessitate salutis. Tñ non dn̄t tales ita laute viuere & pompose vestiri cum familiis, & filias suas cum magnis dotibus nuptui tra/dere, sicut si non essent obligati restōni, sed parce viue re & paruas dotes tradere, Et si nō pn̄t nobili vel mer/

catori nuptui dat.dñt artifici & plebeo tradere, & alia superflua resecare. ¶ Cum multa ergo prudentia hoc negocium agendum est. Cum efficaciter videntur face re quod põt ad restituendum, & in aliis se bene habere cum timore dei, credo ꝙ põt absolui. & communicari. ¶ Qui autem & de eo quod põt semper procrastinãt & annuatim reperiuntur promittere cõfessoribus resti tutionem facere & postea non faciunt, non videnť ab soluendi nisi prius faciant vt disponant efficaciter ne/ gocium vt habeat executionem, & multominus ei per mitti debet communio sumi, quãtum dico spectat ad consilium confessoris. ¶ Nam quãtum ad sacerdotem qui habet communicare, cũ ille se in manifesto ad hoc ingerit, quid iuris, habes supra in.iii. parte de bonitate confessoris. fol. 52. eo. ¶ De vsurariis autem manife/ stis quomodo agendũ sit cum eis in restitutione & col latione sacramentorum, habes in.ii. parte sum. ti.i.c.x. & Pe. de pal. in.iiii. dist.xv.q.ii.ar.vi. de vsur. Possent etiam tales petere remissionem a creditoribus quam si sine fraude & sponte obtinent, non ipsis amplius obli/ ganť, nec etiam pauperibus illa remissa eis dare tenen/ tur. Non tamen decens esset, vt diues a paupere & indi gens parum a multum indigente peteret remissionem. ¶ Queritur vtrum eps elapsis.xxx. vel.xl. annis posiit agere contra heredes vel possessores bonorum quõdã illius, qui in testamento reliquit mille libras soluendas, nomine vsurarum incertarum cum de extorsione dicta rum vsurarum non appareat nisi per confessionem di/ cti testatoris? Rñdet Lau. de ridul. intra. c. de vsuris. post Federi. ꝙ cum actio que competit ex testamento vel conditio que competit epõ per.l. nulli. & .l. si quis ad declinandam sint personales. & spacio.xxx. annorũ claudantur. & per pñs. c. de prescrip.xxx. vel.xl. anno. ideo contra heredes bona fide possidẽtes (que semper

presumitur(non competit actio ad dictas mille libras nisi probaretur heredem malam fidem habuisse & sciuisse vitiũ & crimen defuncti, quo casu dēt intelligi. c. tua nos. cum si extra de vsuris. Et idem si de extorsione appareat per aliud q̃ per testm̃. ¶ Quo autẽ ad possessores bonorum in quos per testatorem vel eius heredẽ bona sunt alienata, non est aliud dubium si possederũt spacio. x. annorum, quia actio personalis nõ competit contra successorem singularem, vt. l. i. §. Si heres. ff. ad trebel. Nec ob. primo dicta. s. actiones epo competentes durant quatuor annis, quia itelligitur hoc de actionibus competentibus epatui vel ecclesiis collegiatis, sed hic non competit actio episcopo, vt epo, sed vt ico nomo & administratori bonorum pauperũ. ¶ Queritur vt quid si premisso generali edicto, ꝙ quicunq; dederit vsuratum nomine aliquid tali, veniat infra tot dies &c. Si nemo veniat. nec etiam aliquas vsuras certas vsurarius assignauerit, infra terminum sibi ad id statutum, lataq; est sententia per episcopum declarans illas esse incertas. vtrum vsurarius sit tutus si postea appareant persone certe, quibus est restitutio fienda. Federi. de senis sentit ꝙ sic, etiã quo ad illos, qui tunc erãt extra diocesim. Fatetur tñ ꝙ talibus competit remedium contra episcopũ vel pauperes. Sed cogita dicit La. de tidul. in. q. cix. an sit verum. Et contrarium praticatur, quando non est determinatum ꝙ omnia veniant sub nomine incertorum, hoc est quãdo non fit taxatio vere & ẽm quantitatem ad quam ascendũt, sed minor, & ẽm ꝙ inter eos conuentum est, & de hoc iudici(pro cuius sententia alio non dato presumitur)constat legitime. An autem talis pratica sit iuris consona, tu ipse vide. Prompti sunt tamen episcopi ad eius obseruationem, quia pro seipsis incerta imbursant, nec ad illorum volunt restitutionem venire vel teneri, sed fit certa ta

xatio ꝭm conuentionem, ꝭm quod moris est, qđe tamē an possit de iure, fieri vidēdum est. ℂ Querit ēt Archi. xiiii.q.vi.c.si res, ꝙ si quis decedens, relinquat sibi heredem ex testamēto vel ab intestato. & ordinauit quēdam executorem tantum ad emendandum sua fortis facta qui decedens tempore mortis, sue creditoribus tenebatur & iam termini solutionis sue fluxerant. Dicit respondendo ꝙ iste executor debita hmōi soluere tenetur, & potest cōueniri, quia elapsis teminis solutionis defunctus cepit iniuriari creditoribus, in non soluendo. Ex precepto autem domini, est solutio facienda.ar.xi.q.i.c.magnum.xxiii.q.vltima.c.tributum, qa peccat in termino non soluendo, tum quia frangit promissum.extra de pace.c.i.&.iii.tum quia illo elapso, inuito domino detinet alienum.ff.de exceptur.doli.l.ii. §.circa. Et hoc tenēt quidam.s.vt nomine foris factorum contineantur hoc casu debita, quorum terminus solutionis, tempore mortis elapsus erat. & pro illis agi possit. Secus de debitis, quorum terminus non aduenerat. Et ita notat Spe.in rubrica.q̄liter scripta ī iudicio proferatur.§.nunc.vero. ℂ De eo vero demum cui datum est aliquid per errorem, dicit Io.an.de ripa.in tra-cta.de contractibus, ꝙ in tali datione, aut est error persone, vel fortune, vel alterius cōdictionis apposite. Si primo modo puta intendo dare Petro & do Martino tunc Martinus tenetur acceptū restituere vel danti, vel illi cui intēdebat dare.ar.xxix.q.i.§.i. Si vero error fortune, puta intendo tibi dare vt pauperi, & tu ex diues, dicitur ꝙ sic acceptum tenetur restituere danti vel alicui pauperi nisi recipiens interim effectus fuisset pauper. Si vero sit error alicuius alterius conditionis, puta credo te sanctum cum tu non sis & ideo dono tibi, vel credo te celebraturum missas, & ideo do tibi, dicitur ꝙ si receptori constat de precisa intentione dan-

tis.¶quia alias non daret nisi ista conditio subesset ta-
lis error obligat ad restituendum receptum,aut ad suf-
ficienter supplendum per se vel per alium intentionem
dantis,quorum ratio est,quia cum res in istum non trã-
seat nisi eo modo quo vult dans transferre, si non exi-
gat conditio in ipsum res non transfertur. ¶Alii autẽ
dicunt, ꝙ ad talem restitutionem talis error non obli-
gat nisi ipsa cõditio circa quã erratur esset causa moti-
ua & finalis talis dationis. Quod probant per simile.
Do tibi libras centum, quia credo te esse amicum me-
um(dato ꝙ accipiens non sit amicus meus)non obli-
gatur ad restitutionem. ¶Si autem amicitia sit causa
propter quam do tibi centum libras(scilicet si sis ami-
cus meus)& nisi amicus fueris,obligatus es ad restitu
tionem.Ex his patet ꝙ questores sancti Antonii, vel
alii quicunq;,nullo modo possunt sibi retinere ea que
in illis pauperibus,vel locis pro quibus petunt dantur
quia hic est error persone. Verumtamen quia nullus te
netur propriis stipendiis militare, nec causas aliorum
agere ad suas expensas,dico ꝙ tales possunt viuere su
per questus quos faciunt,& potest eis moderatum sala
rium dari.Hec ille.Illa vero que dantur eis ex menda-
ciis eorum questorum.videlicet quia asserunt ꝙ dicen
tur multe misse pro dantibus vel habebũt talem indul-
gentiam,vel absoluentur a votis eorum vel a casibus
reseruatis,vel ꝙ fient lectisternia in hospitali de huius
modi(pro quibus illi dant alias nondaturi)cum nec
talia fiunt vel vera sunt, totum est rapina & restitui
debent dantibus ea vel pauperibus errogari.ar.xiiii.
q.v.c.non sane.

¶Explicit Tractatus de Restitutionibus Bea
ti Antonini Archiepiscopi Florentini
ordinis Fratrum Predicatorum.

¶ Venetiis in ędibus Francisci Bindoni, & Maphei Pasini: Mense Ianuarii. Anno a virginis partu. 1538.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O

P Q R S T V X Y.

Omnes sunt quaterni.